



Christianismus sempiternus, verus, certus et immutabilis, in quo solo possunt homines beari. : Quem acceptum à D. Jesu Christo filio Dei, Apostoli duodecim vulgarunt prædicando & scribendo per totum orbem. Hierosolymis autem accepto spiritu sancto, exposuerunt summatim Oratione communi, quæ in Actis Apost. capite secundo legitur. Riturum vero baptismi sacri, et coenæ Dominicæ, quem D. Jesus pontifex summus & æternus, universis ecclesiis tradidit semper observandum, beatus Matth[a]eus descripsit cap. 26. & 28.

<https://hdl.handle.net/1874/423325>

4

CHRISTIANISMVS
SEMPITERNVS.

VERVS, CERTVS, ET IMMVTABILIS,
IN QVO SOLO POSSVNT
HOMINES BEARI.

Quem acceptum à D. Iesu Christo filio Dei, Apostoli duodecim vulgarunt prædicando & scribendo per totum orbem. Hierosolymis autem accepto spiritu sancto, exposuerunt summatim Oratione communi, quæ in Actis Apost. capite secundo legitur.

RITVM VERO BAPTISMI SACRI, ET COENAE Dominicæ, quem D. Iesus pontifex summus & æternus, uniuersis ecclesijs tradidit semper obseruandum, beatus Mattheus descripsit cap. 26. & 28.

Quæ collatis ecclesiarum patriarchalium uarijs libris emendatiùs transcripsit, & commentariolo Grammatico illustrauit THEODORVS BIBLIANDER, minister ecclesie Tigurine.

TIGVRI EXCVDEBAT FROSCHOVVS.
M. D. LVI.

CHRISTIANISMVS

SEMPITERIVS

VERA CERVA ET INVITA

BILIS IN QVO ROSSANT

NOMINE BEATI

Quem in terra & in caelis adorant
omnes sancti & sanctae
omnes regni caelorum & terrae
omnes virtutes & omnia nomina
omnes homines & omnia animalia
omnes homines & omnia animalia

ITEM VERO BAPTISTI SACRI ET
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI

DEUS BAPTISTI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI
SACRI SACRI SACRI SACRI SACRI

TIGRI EXCUBAT PROGENO
VERA M. D. EAL

AD NOMINIS CHRISTIANI SOCIOS, IN GERMANICO IMPERIO, & in alijs prouincijs Christianis, Præfatio.



V I putant nullam esse ueram, certam, firmam, stabilemque perpetuò scientiam rectè uiuendi, quæq; homines ducat ad summum bonum & ueram beatitudinē, aut qui eam scientiam ignorant, aut non sequuntur, in errore maximo & perniciosissimo uersantur. Quod rationibus demonstrari copiosè posset, ac testimonijs non modò Christianorū & Ebraeorum, sed etiam gentilium, sapientia & uirtute excellentiū, & exemplis omnium ætatū à condito æuo usq; ad hodiernū diem.

Est aliqua certa ratio bene rectè uiuend.

Sed quia mihi res non est cum ethnicis, aut Iudæis, aut Mahumedicis, uerum cum socijs nominis Christiani, pauca hîc in medium afferam, quæ apud Christianos ponderis maximi esse debēt, è quibus liquido perspicient animaduertētes, quòd Christianismus ille uerus & antiquus, adeoq; sempiternus, sit uera, certa, indubitata, perpetua & immutabilis scientia rectè & beatè uiuendi, ac sapientia diuina omnibus hominibus à Deo exposita, ut eam percipiant, & ex illius præscripto & regulis uitam moderentur, omnibusq; salutaris, omnibus necessaria ad uitam beatam.

Christianissima uerus & purus non interpolatus, est scientia rectè uiuendi, & sapientia uerissima.

Apóstolus Paulus, qui se gentium doctorem uerissimè profiteatur, quemq; Dominus Christus organum suum electum uocat, exhortans Ebræos ad perseuerantiam in Christiana fide & doctrina, quam euangelio prædicato acceperant, ostendit Christianam institutionem haudquaquam esse falsam, & ab hominibus confectam, aut nouam, quæ primum cœperit à prædicatione Ioannis, & Iesu Christi, & discipulorum ipsius: sed esse ueram, certam antiquissimam, adeoq; sempiternam: quâ Deus ipse multifariam multisq; modis loquens patriarchis & prophetis, & per eos cæteris hominibus, uerbo æterno patefecit, quæq; adducit homines in cælos, in

B. Pauli sententia de Christiana institutione.

P R A E F A T I O.

uitam sempiternam & beatissimam. Quam institutionem Christianam tenuerunt sancti omnes, Adam, Abel, Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Moses, David, et innumeri alij, qui res praclaras gesserunt, & labores ac mortem deniq; ob eam religionem pertulerunt, sed hereditatem quoq; caelestem adepti sunt. Hanc institutionem, et sapientiam, beneq; & beatè uiuendi regulam perfectissimam docet Paulus in typis sacrorum, quae beatus Moses descripsit, monstratam fuisse, & in libris prophetarum. Nouissimis autem diebus locutum esse Deum hominibus, & uiam salutis monstrasse per filium, per quem & secula cōdidit, omniaq; portat uerbo suae uirtutis, splendor gloriae ipsius, & figura substantiae eius. Qui expiatis peccatis hominum per suam mortem, caelos conscendit, heres quippe uniuersorum constitutus, & consedit ad dexteram diuinæ maiestatis in excelsis. Vnde uenturus est, secundum scripturas diuinas, in seculorū fine, iudicaturus uiuos & mortuos. Et in epistola ad Ephesios docet in illo Christo nos electos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate: & praedestinos in adoptionem filiorū, & uocatos per uerbum ueritatis, & euangelium salutis: aeternū uidelicet euangelium significans, ut in Apocalypsi nominatur, & aeternum Christianismum.

Christianismus
uerus & sempi-
ternus.

Beati apostoli
Petri sententia
de Christiana
institutione.

Ad quem modum etiam Petrus apostolus de Christiana institutione differit in epistolis suis, & in diuinis sermonibus, quos Acta Apost. continent. In altera enim epistola inquit: Non indoctas fabulas secuti, notam fecimus uobis domini nostri Iesu Christi uirtutem & praesentiam: sed spectatores facti maiestatis ipsius, & qui audiuius caelitus allatam uocē ad ipsum à Deo: Hic est filius meus, in quo mihi complacui. Ad haec habemus firmiorem sermonē propheticum, & reliqua. Sermonem propheticum dicit oracula prophetarum, qui omnes Iesu Christo reddiderunt testimonium, ut in priori epistola Petri legimus: & in sermone Act. 3. cap. Et in concilio sacerdotum ac magistratus Hierosolymitani de Christo Iesu locutus, in cuius nomine claudum sanauerat, testificatur clarissimè, nō
in

in alio quocumq; salutem esse: neq; aliud nomen datum sub caelo inter homines, in quo nos oporteat saluos fieri.

In solo Christi animo possunt homines seruari.

D. Iesu Christi cōpendiosa explicatio Christianismi.

Porrò dominus Iesus quum ad flumen Iordanis in baptismo coram frequenti hominum cœtu esset declaratus Messias à Ioanne sanctissimo uiro, à spiritu sancto, qui specie columbae sedit ac mansit super eum, & uoce patris caelestis: Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima mea, hunc audite: praconium diuinum hisce uerbis auspicatus est: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei, respiscite, & credite Euangelio. Euangelium autem finiuit partibus duabus, Remissione peccatorũ, quod est donum Dei, & nõ meritum ullius hominis: & Pœnitentia, quae actio est hominis ex gratia Dei precedente ac praeniente, nec nõ perficiente hominem: ut recedat à malo, & faciat bonum. Atq; illud Euangelium iussit dominus Christus praedicari omnibus gentibus, & omni creaturae: promittens salutem credentibus, & decernens damnationem non credentibus. Et qui praedicari iussit omnibus hominibus, idem quoq; imperauit omnibus, ut pareat Euangelio Christi, quod accepit à patre caelesti, quod in lege atq; prophetis esse propositum testatur.

Neque dubium est, quin apostoli hoc ipsum quod à Christo acceperunt euangelium, praedicarint in toto mundo: ut Irenaeus, Tertullianus, & alij ueteres ecclesiae doctores optime iudicarunt. Quodq; singuli praedicarunt in diuersis regionibus, id Hierosolymis Oratione communi publice in frequentissimo concilio, ex omnibus prouincijs coacto, summam quidem, sed tamen ut nihil ad salutem necessarium hominibus sit praetermissum, exposuerunt. Aut si quis habet aliud uetustius, certius, magisq; à Deo & probatissimis hominibus restatum, hoc ipsum benigne & amice proferat.

Euangelium Christi & apostolorum.

Ego sanè qui diu in lectione sacrarum literarũ, & aliorum scriptorum uersatus sum, non prorsus sine aliquo fructu, ne diuinã gratiam stulte dissimulem, aut negem, de hac Oratione cõmuni duodecim apostolorum ita omnino statuo: rectissime illi competere, qua

P R A E F A T I O.

Sententia diui
Athanasij.

beatus Athanasius episcopus ecclesie Alexandrinae, symbolo fidei orthodoxae & catholicae in principio & fine apposuit: Haec est fides catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit. Quicumque autem uult saluus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem. Quam nisi quis integram inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in aeternum peribit.

Sententia diui
Hilarij.

Huic Orationi competunt, quae de orthodoxa catholicaq; fide Christianorum & illa testatissima scribit Hilarius episcopus Pictauiorum ad Constantinum Imperatorē: *Recognosce fidem, quam olim optime ac religiosissime Imperator, ab episcopis optas audire, & non audis. Dum enim à quibus ea requiritur, sua scribunt, & non quae Dei sunt praedicant, orbem aeternum erroris, & redeuntis in se semper certaminis circumtulerunt. Et postea: Fidem Imperator quaeris: audi eam non de nouis chartulis, sed de Dei libris. Scito eam posse etiã in Occidente donari, unde uenientes in regno Dei cum Abraham, & Isaac, & Iacob recumbent. Memento eam non in questione philosophiae esse, sed in euangelij doctrina. Et rursum: Annuas atq; menstruas de Deo fides decernimus, decretis poenitentibus defendimus, defensos anathematizamus: aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes inuicem iam absumpti sumus ab inuicē. Fides deinde quaeritur, quasi fides nulla sit, fides scribenda est, quasi in corde non sit. Sed impietatis ipsius hinc uel praecipue causa est perpetua, quod fidem apostolicam septuplo proferentes, ipsi tamen fidem euangelicam nolumus confiteri, dum impietates nostras nobis in populis multiloquijs defendimus, & magniloquentiae uanitate aures simplicium uerbis fallentibus illudimus: dum euitamus de domino Christo ea credere, quae de se docuit credenda: & per speciosum pacis nomen in unitatem perfidia subrepimus, & sub reiiciendis nouitatibus rursum ipsi nouis ad deum uocibus rebellamus, & sub scripturarum uocabulo nõ scripta mentimur, uagi, prodigi, impij, dum & manētia demutamus, & accepta perdimus, & irreligiosa praesumimus.*

Huic

Huic Orationi comperunt, quae Synodus Arelatensis, auctoritate Caroli magni congregata, pronunciauit de fide catholica & orthodoxa Christianorum. Non aliunde, inquit illi patres, primū cepimus habere sermonem, quam de nostrae fidei puritate. Et quia initiandis ad beatam uitam hominibus haec prima semper est uia salutis, praeuia quoque nostris & institutis pariter & praecipis, quae per ueram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, nostrae collationis eloquijs praedicetur, praedicata ueraciter teneatur, retenta in penetrabilibus nostri pectoris illibata seruetur. Ac recitatis capitibus fidei secundum scripturas diuinas, & doctrinam patrum, quae sermone hoc apostolorum continentur, sermonem ita concludunt: Haec est catholicae ecclesiae fides: hanc confessionem seruamus atque tenemus: quam quisquis firmissime custodierit, perpetuam salutem habebit.

Sententia synodi
di Arelatensis.

Postremo haec haec est uerissimè regula illa credendi, quae refutans omnibus haeresibus & erroribus aduersantibus fidei Christianae applicandam esse docet Septimius Tertullianus in praescriptionibus aduersus haereticos. Imprimis hoc propono: Vnum & certū aliquid institutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco quaerere, ut possint cum inuenerint, credere. Vnius porro & certi instituti infinita inquisitio non potest esse. Quarendum est, donec inuenias, & credendum ubi inueneris, & nihil amplius nisi custodiendum, quod credidisti. Dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum: cum id inueneris & credideris, quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id, quod à Christo institutum est.

Sententia Tertulliani.

Et postea: Queramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro. In quo? Duntaxat quod salua regula fidei potest in questionem deuenire. Regula est autem fidei, ut iam hinc quid credamus, profiteamur. Illa scilicet, qua creditur: Vnum omnino Deum esse, nec alium praeter mundi creatorem, qui uniuersa de nihilo produxerit

Regula fidei orthodoxae & catholicae.

PRÆFATIO.

per uerbum suum primo omnium missum: Id uerbum filius eius appellatum in nomine Dei, uarie uisum patriarchis, in prophetis semper auditum, postremo delatum ex spiritu patris Dei & uirtute in uirginem Mariam, carnem factum in utero eius, & ex ea natum esse Iesum Christum: exinde prædicasse nouam legem, & nouam promissionem regni caelorum, uirtutes fecisse, fixum cruci: tertia die resurrexisse: in caelos ereptum, sedere ad dexteram patris: misisse uicariam uim spiritus sancti, qui credentes agat: uenturum cum claritate ad sumendos sanctos in uitæ æternæ, & promissorum celestium fructum, & ad prophanos iudicandos igni perpetuo, facta ueriusq; partis resuscitatione cum carnis resurrectione. Hæc regula à Christo, ut probabitur, instituta, nullas habet apud nos questionēs, nisi quas hereses inferunt, & quæ hereticos faciunt.

Et postea quum demonstrasset in ecclesijs apostolicis, & quæ ex illis constat ecclesia catholica, quærendam Christianam doctrinam, eiusmodi præscriptionem, & censuram dogmatum proponit: Si dominus Iesus Christus apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quàm quos Christus instituit. Quia nec alius patrem nouit, nisi filius, & cui filius reuelauit: & nec alijs uideretur reuelasse filius, quàm apostolis, quos misit ad prædicandum, utiq; quod illis reuelauit. Quia autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hæc præscribam, non aliter probari debere, nisi per easdem ecclesias, quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam uiua, quod aiunt uoce, quàm per epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde, omnem doctrinam quæ cum illis ecclesijs apostolicis matricibus & originalibus fidei conspiret, ueritati deputandam, & sine dubio tenentem, quod ecclesie ab apostolis, apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Reliquam uero omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra ueritatem ecclesiarum & apostolorum, & Christi, & Dei. Hastenus Tertullianus.

Ex his, uiri Christiani, perspicitis excellentiam sermonis xij. aposto-

Perfecta & simplex institutio Christi.

Hæc modo iudicandum erat hodie quoque de ecclesijs & dogmatibus.

P R A E F A T I O .

5

apostolorum, quo simul ore uno unaq; uoce totum Christianismum exposuerunt Hierosolymis, & quam accommodata sit eius tractatio nostris temporibus. Quando erudiri homines & antistites, ac doctores ecclesiarū Christi, altercantur maximè de fide ac doctrina Christiana: principes uerò diu consultant iam de restituenda conseruandaq; integritate Christianæ fidei, doctrinæ, & sacramentorum: populus autem in uarias sectas & opiniones distractus oberrat, tanquam grex non habens pastore. Utq; duntaxat illa attingam, quæ in delectu religionis, & constituendo uitæ modo ac ordine animaduertimus, simplices quidam fatentur, se ignorare prorsus, quo se uertant, aut quid sequantur in ista iudiciorum & uoluntatum dissensione, ac optant concilio generali dirimi tandem controuersias. Aliqui sunt uersipelles, & accommodant se temporibus, & locis, & presentibus hominibus, maximè ijs, qui rerum potiuntur, eorumq; religionem assimulant. Ceu Christus non idem sit perpetuo: ceu institutio Christiana, in qua sola possunt homines seruari, non semper, & ubiq; & apud quosuis hominū ordines eadem sit. Aliqui, si dijs placeat, omnes probant religiones, & opinantur æquè Iudæos & Mahumeticos in sua professione salutem posse consequi, atq; homines Christianos in ea fide & doctrina, quam oracula diuina tradunt. Est qui suam religionē quam accepit à parentibus & maioribus, aut à magistris, & in qua uersantur homines quos plurimi facit, optimam putat, aut solam, à qua ne latum quidem unguem discedere conueniat. Omnesq; homines uellet in suas pertrahi partes quocunq; modo: nec ferre potest quenquam afferentem aliquid contrarium aut diuersum.

Quibus omnibus uiam rectam salutis monstrat uox patris cælestis, quæ iubet omnes, ut audiant filium Dei unigenitum. Iesum Christum audit, qui religionem eam bona fide amplexatur, quam per apostolos propagauit in toto orbe. Non autem aliam religionem apostoli tradiderunt in tot prouincijs, in urbibus & ecclesijs innumeris, quam illam ipsam, quam simul cōgregari accepto spiritu san-

Oratio xij. apostolorū, nostris temporibus accommodatissima. Controuersie & dissensiones inter Christianos.

Vnica ratio cōponendi sanctæ concordie per Christi ueram institutionem.

PRAEFATIO.

Etto Israelitis & profelytis ex toto mundo coactis, proposuerunt. Eam doctrinam & fidem qui recipiunt, reuera consentiunt & conspirant in Iesu Christo seruatore, & certissimam habent spem aeternae uitae propositam.

Causae & ratio huius scripti.

Proinde quum Dei beneficio sim consecutus libros ecclesiarum patriarchalium, & aliquantulam cognitionem linguarum, quae ob-
tinent primatum in ecclesijs Christianis in Europa, & Aphrica, & Asia, existimaui me rem facturum utilissimam, si collatis uarijs libris, non Latinis & Graecis & Ebraicis modo, sed etiam Indianis, qui uulgo extant in ecclesijs & regnis quam plurimis sub Prestian Chan, & Syriacis, quibus Antiochena ecclesia, in qua nomen Christianum ortum est, utitur: quiq; admirando consilio Dei ex Germania in Asiam maximo numero hac aetate, beneficio incomparabili principum Christianorum redierunt, eum sermonem transcriberem quam emendatissimè, & commentariolo explicarem. Quod sine consilio & exemplo doctorum ecclesiae ueterum, & praecipuorum non feci. Nam diuus Augustinus in libris de Christiana doctrina utile dicit ad eruendam sententiam genuinam scripturae sanctae, si plures translationes conferantur. Nec ueretur alicubi uulgarem Punica linguae interpretationem adhibere. Ceterum Diuus Hieronymus in praecipua illa sententia diuinae legis: Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea: qua etiam diuinus Apostolus utitur in exponenda iustificatione hominis: plus tribuendum esse putauit libris Samaritanorum, quam Latinis, aut Graecis, aut denique Ebraicis. Et quia baptismi fit mentio in hac oratione, ritum quoque baptismi & eucharistiae collatis libris uarijs transcripti ex Euangelica historia, & rationem monstraui, quae mihi optima uideatur, componendi infauistas illas cōtentiones de sacramentis unionis Christianae.

Hanc igitur operam meam, uiri Christiani, uobis offero, cum debita erga omnes reuerentia, & precor, ut quae non sine labore & impen-

impensis conscripsi, & in publicū edidi, studio iuuandi Christianam
remp. & singulos eius ciues, in bonam partem accipiantur. Te ue-
ro domine Iesu Christe, fili Dei uiui, propter nos autem homines, &
propter nostram salutem homo factus, qui olim per tuum, tuiq; pa-
tris bonum spiritum loquentem uarijs linguis in apostolis gentes in
unitate fidei congregasti: hodie quoq; ex immensa tua bonitate, uir-
tute, sapientia perfice, ut Euangelium sacrosanctum ubiq; gentium
errorum nebulas & tenebras discutiat, ac te lucem, ueritatē, uiam
salutis, & ipsam uitam omnibus ostendat. Vt sub te optimo pasto-
re, qui animam tuam dedisti redemptionem pro omnibus homini-
bus, Christiani, Iudaei, ceteriq; infideles, fiant unus grex, & fiat
unum ecclesiae sanctae catholicae ouile: in quo uitam agamus
tranquillam & quietam, in omni pietate
& sanctimonia. Amen,

Amen.

EXPLICATIO ORATIONIS
EXPLICATIO CIRCVMSTAN-
TIARVM, ET ARGVMENTI, AC DE VSV
amplissimo diuinissima orationis XII. apostolo-
rum D. Iesu Christi.

I VINO consilio factum esse non dubito, quòd oratio communis XII. apostolorum domini Iesu Christi, & Actorum apostolicorum adiuncta historia explicant copiose & planè circumstantias, & scopum orationis ipsius, & mirificum euentū, simul ter mille hominibus ab interitu uindicatis, & ad consortium Christi seruatoris adductis. Quæ res nisi cognitæ ac probè expensæ fuerint, nec oratio planè intelligi, neq; ad usum præsentem accommodari potest; nimirum ut gratia & gloria dei amplificetur, & homines euadant meliores in fide catholica, in moribus, in dictis & factis, denique in tota uita. Quare circumstantias, & finem orationis, & usum multiplicem ordine consideremus.

Quam autem
 res sint huius
 orationis.

Ac primum historia sacra beati Lucae indicat, hanc orationem pronunciatam esse à Petro, cuius laus maxima est in euangelio, quiq; non abs re appellatur apostolorum princeps. Cui præcipue dominus Christus dixit: Petre, si me amas, pascere oues meas. Quanquam & humani lapsus errori & peccato eum fuisse obnoxium testantur: ut omnis gloria, omneq; bonum diuinæ adscribatur uirtuti & gratiæ. Dixit autem Petrus hanc orationem adstantibus XI. collegis & apostolis, quorum nomine, ac totius adeò ecclesiæ Christi nomine dixit. Quemadmodum enim Petrus non suo duntaxat nomine, sed omnium quoq; discipulorum Christi uerbis domino exigenti, confessionem fidei edidit, inquit: Tu
 es

es Christus ille filius dei uiui; & uicissim audit, Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; & iterum, Tibi dabo claues regni caelorum: Ita nunc etiam confessio- nem orthodoxa catholicaeque fidei coram Israelitico populo totius ecclesiae Christianae nomine promulgauit, Neque uero uel Petrus, uel caeteri apostoli & discipuli auctores censendi sunt huius orationis, sed potius ipse dominus Iesus, qui suis promisit os & sapientiam, cui aduersarij omnes resistere nequeant. Et promisit spiritum sanctum, qui loquatur in eis tanquam organis ad homines erudiendos & promouendos maxime idoneis. Sic enim affatur suos dominus: *Ad praesides & reges duce-* Matth. 10.
 mini propter me in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim in illa hora, quid loquamini. Non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Et ille spiritus sacer dei patris, & dei filij euidentissimis signis agens in discipulis Christi, hanc orationem diuinissimam protulit. Quem admodum & alibi legimus dominum hisce uerbis suos ablegasse: Docete omnes gentes seruare omnia, quaecumque uobis mandauit. Qui autem uos audit, me audit; & qui uos spernit, me spernit; & qui me spernit, spernit eum, qui me misit. Proinde sermo hic non accipiendus est, ut sermo priuati hominis, aut principis alicuius, puta regis, aut imperatoris maximi, aut pontificis, non ut multitudinis alicuius humanum commentum: sed ut sermo Iesu Christi filij dei, & dei patris, & dei spiritus, qui ab utroque procedit. Cui cedat, seque reuerenter submittat omnis hominum sapientia, & authoritas, & potestas.

Est autem oratio haec primum Israelitis recitata, quo Ad quos dicta sit haec oratio.
 rum fuit amplissima illa praerogatiua, ut ex eorum gene

EXPLICATIO ORATIONIS

Act. 1.

re nasceretur Messias, seruator omnium hominum, & unicus mediator dei ac hominum. Itaque primò & præcipuè conueniebat eis prædicari tam luculenta oratione Iesum Christum seruatorem, deinde ceteris etiam populis ac gentibus. Quem ordinem euangelij prædicandi ipse dominus præscripsit ascendens in cœlum: Accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos; & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimas partes terræ. Et Paulus in synagoga Antiochiensi protestatur, ut Actorum 13. cap. legitur; Vobis oportebat primū prædicari uerbum dei. Sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ad Iudæos ergo & gentiles profelytos primū dicta est oratio hæc, & illos quidem congregatos uelut in conciliū generale ex celeberrimis locis Europæ, Africæ, & Asiæ: ut quàm primum per eos diffunderetur in totum orbem. Mox & literis mandata, spiritu sancto authore, ad omnes homines omnium linguarum, & omnium ætatum est transmissa. Ut qui hodie in Germania, uel in extrema parte Occidentis uersantur, modo culpa sua gratiæ diuinæ se exortes non faciant, non minus sint participes diuinæ huius concionis, quàm illi qui olim Hierosolymis audiuerunt Petrum concionantem. Neq; leuius delinquunt hodie, qui scriptam orationem XII. apostolorum aspernantur, quàm Iudæi, qui auribus suis perceptam orationem cœlestem repudiarunt impia incredulitate.

Quo loco dicta sit oratio.

Neque in deserto loco dicta est oratio, non in monte quopiam, non in sylua, non in agro, non in angulo, sed in frequentissimo foro, in urbe clarissima totius Orientis, in regia Dauidici regni, ubi & cathedra suprema Iudaici

daici pontificatus diu fuit, primaq; sedes apostolica & Christianitatis. In Hierusalem, in qua Messias docuit, & edidit miracula, negotiumq; salutis humane peregit: ubi superata morte, & recuperata uita hominum, ascendit ad coelos, & consedit in dextra dei patris omnipotentis; utq; impleret omnia quaecunq; prisca uates nunciarunt de Messia, dato spiritu sancto, inter hostes acerrimos qui crucifixierant illum, gladio spiritus, quod est uerbum dei, coepit regnū felicissimè propagare. Ita Mich. 4. Efa. 2. Micheas & Esaias praecinuerūt; De Sion exhibit lex, & uerbum domini de Hierusalem. Quod uaticinium reducens in memoriam discipulis & illustrans dominus, ait: Sic scriptum est, & sic oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & in nomine ipsius praedicari poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, initio facto Hierosolymis. Quod quidem hac oratione cōmuni apostolorum maximè peractum est.

Iam uerò & temporis notatio suum habet pondus. Quo tempore si haec oratio edita. Horam quidem tertiam diei allegat Petrus, ut argumentum sobrietatis, quando per dies festos precibus ac rei diuinæ operā dare solent homines religiosi. Fuitq; dies quinquagesimus à Paschate, quo anniuersaria memoria datae legis in monte Sinai agebatur ex institutione diuina, ut libri beati Mosi edocent. Eo uerò die felicissima conuersione lex noua Messiae, nouumq; foedus quod remissionem peccatorum in sanguine Iesu Christi confert hominibus credentibus in nomē ipsius, publicè promulgatum est in monte Sion. Annus autem à liberatione Israelitarum duce Mose, & à promulgatione diuinæ legis in monte Sinai, tum agebatur MDLXV.

Quo loco non possum non repetere memoria insignes rerum mutationes, & prouidentiae diuinæ opera

Circuitus annorum memorabiles.

EXPLICATIO ORATIONIS

eximia, MDCLVI. anno post conditos homines, & per euangelium aeternum de semine benedicto, quod caput serpentis contriuit, restitutos ab interitu, foedus cum patriarcha Noe dominus deus renouauit. Postea dimidio eius temporis elapso, legem dedit ipse deus in maiestate & gloria sua concionans, & foedus pepigit cum XII. tribubus Israelitici populi. Ac rursus exactis annis MDLXV. dei filius homo factus, & peracto salutis humanae negotio, per XII. apostolos representantes Israelitarum patriarchas nouum & aeternum testamentum Iudaeis simul & gentibus confirmauit. Postremo euolutis nunc annis MDXXIII. post concionem istam apostolorum, admirabili consilio dei parentis optimi sapientissimiq; effectum est per donum linguarum, & typographicam artem excudendi libros: ut apostoli & ipse adeo dominus Iesus post Mahumedicam, & Papisticam apostasiam iterum concionentur in orbe uniuerso lingua Graeca, Latina, Ebraica, Syriaca, Indiana, Germanica, & in alijs quam plurimis linguis. Vnde certo sperare, & sublati capitibus expectare debemus hoc nouissimo seculo beatissimam restitutionem omnium rerum: quando peracto iudicio generali Christus tradet regnum deo patri, & deus erit omnia in omnibus electis, uocatis, & sanctificatis.

Quomodo sit edita haec oratio.

Est etiam operapretium conferre modum promulgatae legis & ueteris testamenti, & publicati confirmationisq; noui testamenti, & euangelij. Plena quidem gloria & maiestate fuit promulgatio legis in monte Sinai: caeterum terrificam, incurrentibus in oculos & aures ignibus, & fumis, & sono tubarum, et tonitruis. Ut populus perterritus Mosi diceret: Non amplius ad hunc modum loquatur nobis deus, ne forte moriamur. Tu potius loquere

quere nobis, & audiemus. In hac uerò concione haud
 minus dei gloria & maiestas elucescit, sed absq; terricula
 mentis, & pauoribus. Cum enim discipuli Iesu Christi
 omnes essent congregati, repente cum sonitu & motu
 ceu uehementioris uenti aduenit spiritus sanctus, & im-
 pleuit totam domū, & in singulis apparuit species ignea
 linguarum: ac repleti omnes spiritu sancto, coeperunt
 loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui
 illis. In monte Oreb nullam uiderunt dei figuram, sed
 uocem audierunt Ebraica uerba sonantem. In Hierusa-
 lem uerò discipuli progressi in publicum dei magnifica
 opera praedicaunt non una lingua, uel Ebraica uel Sy-
 riaca Iudaeis peculiari & communi, sed omnium gen-
 tium ac populorū linguis, in quibus Iudaei sparsim uer-
 sabantur, ut omnes obstupescerent. Aliqui tamen pro-
 phani, ut nunquam desunt canes & porci aspernantes
 margaritum caeleste euangelij, contemptim dicebant,
 uino plenos garrere, quae nescirent. Caterum Petrus
 qui ad uocem ancillae territus in pontificia domo Chri-
 sti abiurauit, nunc uirtute caelesti praeditus in frequen-
 tissima populi concione, altissima uoce & suo & omnium
 apostolorum ac discipulorum nomine, Iesu Christo cru-
 cifixo Hierosolymis reddidit honorificentissimum te-
 stimonium: quod resurrexerit à mortuis, quod ascende-
 rit in caelos, quod miserit in ecclesiam suam promissum
 spiritum sanctum. quod sit Messias filius Davidis secun-
 dum carnem, & aeternus dei filius, & unicus seruator
 omnium, qui credunt in nomen ipsius. Et tanta perspi-
 cuitate, tanta uehementia disserit apostolus Petrus, om-
 nia diuinis prophetarum testimonijs confirmans & ad-
 struens: ut nullis cedat oratoribus, qui tonare, qui ful-
 minare, quiq; animos hominum flectere quò libet pos-

EXPLICATIO ORATIONIS

se existimati sunt.

Effectus huius
orationis.

Verum ex ipsa historia Lucae, orationis huius effectum cognoscamus. Qui audierunt Petrum concionantem, non aliter sunt affecti & permoti, quam si acutum ferrum penetrasset corda ipsorum, agnoscens peccata sua, tum alia, tum quod consenserant in necem Messiae seruatoris. Proinde interrumpentes sermonem apostoli, & peccatum confessi sunt, & medicinam petierunt. Ac percepta clausula orationis apostolicae, quae summam euangelij continet, & uere apostolicam absolutionem à culpa, & poena, & omni reatu, ter mille homines Iesum Christum receperunt, & sacro baptismo renouati ad sanctam apostolicam ecclesiam corpus adiuncti sunt. Perseuerarunt autem in apostolorum doctrina, quae Christi Iesu doctrina est, in communicatione sacramentorum, in fractione panis, & beneficentia in fratres, & in orationibus. Quae signa existunt recte instituta ecclesiae, hominesque Christianos perficiunt. Quare non in scite quidam uocant hanc orationem *λατρυϊαν*, id est, sacrum officium, quo Christo homines uerbo captos, & ueluti mactatos obtulerunt apostoli.

Occasio huius
orationis.

Restatigitur, ut de scopo & genere orationis, & usu multiplici diuinae huius concionis dispiciamus. Occasio quidem orationis fuit, quod Iudaei tum congregati Hierosolymis admirabantur, discipulos tot, tam uarijs linguis praedicantes maiestatem dei optimi maximi: alii qui autem prophanè dicebant ex temulentia proficisci eos sermones promiscuos & confusaneos. Itaque prima facie oratio uidetur apologia & defensio discipulorum Christi, quod non ex ebrietate agant & loquantur illa. Caterum conatus apostolorum, quidque efficere uoluerint in animis auditorum, liquido cernitur ex effectu oratio-

Genus orationis.

orationis, & ex uerbis apostolorum, maximè quòd se testes Iesu Christi profitentur, & ex mandatis, quæ dominus Christus dedit suis discipulis. Veluti quòd abiēs & in gloriam cœlestē sese recipiens iniunxit, ut illi reddant testimonium Hierosolymis primum, deinde ubiq̃ terrarum & gentium: ut qui credunt in Christum, & baptizantur, salutem & gratuitam remissionem peccatorum à deo accipiant. Ac sedulo id egisse apostolos testificando fide optima res Christi, passim memorant Acta apostolorum. Itaq̃ & illo die, & hac prima oratione post acceptum spiritum sanctum apostoli testes egerunt, & conati sunt efficere, ut homines intelligerent, proq̃ certissimo haberent, Iesum Nazarenum crucifixum esse Messiam seruatore[m] unicum: utq̃ credentes in illum, & resipiscentes, ac baptizati in nomen eius acciperent condonationem peccatorū, & uitam æternam. Quem admodum ergo dominus Iesus obiecta crimina falsa diluens, ueluti quòd ederet, ac biberet, ac uitę commercium haberet cum peccatoribus, quòd in sabatho sanaret homines, quòd diabolica uirtute portenta ederet, non tam suam causam agit, quàm occasionem accipit illustrandi nomen dei, & prouehendi salutem hominum: ita etiam Paulus egit, ita etiam XII. apostoli hoc tempore occasionem oblatam conuerterunt ad notitiam Christi seruatoris, & hominū salutem promouendam. Genus igitur huius orationis, quatenus testimonium dicit de Christo, *Ἰησοῦ καὶ ληθῆ* & doctrinale est: quatenus uerò stradet, ac hortatur, ut homines fide amplectantur exhibitum à deo seruatore[m], & in nomen eius baptizati obediant illi, procul semoti ab huius mundi contaminatione, generis est suaforij. Et hæc summa est totius orationis: Iesus Nazarenus crucifixus est Messias unicus me-

Genus orationis huius.

Summa & status orationis.

EXPLICATIO ORATIONIS

diator & seruator hominum; In quem credere oportet omnes, quicumque remissionem peccatorum & uitam æternam à deo percipere cupiunt.

Fructus & usus
orationis hu-
ius.

Fuit autem usus & effectus huius diuinæ orationis quum primum Hierosolymis ad Iudæos & profelytos haberetur, & postea omnibus ætatibus maximus, hoc dieque existit magnus & uariis. Etsi uerò neque ingenij mei exiguitas omnia uidere potest, neque infantia eloqui, tamen aliqua commemorare studebo. Ac primum apostoli testimonium syncerissimū reddunt Iesu Christo, suo & omnium nostrum magistro, & seruatori, ac deo, non quidem iurati, sed tamen euidentissima sancti spiritus operatione consignati; ut innumeræ multitudinis testimonium, quæ iureiurando fidem obstrinxit, non possit esse certius. Quod apostolicum testimonium fidei nostram fulcit aduersum tempestates omnes, quas satan & mundus commouere possunt; ne uacillemus in fide catholica & orthodoxa Christianorum. Nobis uerò exemplum est propositum, ut pari fide principi nostro Iesu Christo reddamus testimonium, quoties usus postulat. Ad hæc ut in causis hominum simili modo, quæ uidimus, quæ audiuius, quæ certò nouimus, simplici, & breui, & luculenta oratione proferamus, quum iure ad dicendum testimonium uocamur.

Confessio fidei

Simul ediderunt apostoli confessionem orthodoxæ catholicæque fidei Christianorum; qua nulla certior & omnibus numeris perfectior componi poterit ab ullis hominibus. Eam igitur toto pectore cõplectamur, & constantissimè teneamus; nec uentis nouitiarum doctrinarum sinamus nos huc & illuc impelli, semper discentes, & nunquam ad solidam cognitionem ueritatis peruenientes. Quumque res postulat, ut ipsi fidem nostram profitea-

teamur, seu scripto, seu uia uoce, apostolorum exemplo edamus confessionem sine dolo malo, sine furo, sine uana etiam ostentatione.

Ac dum partes omnes orationis probè expenduntur, animaduertet pius Lector, & uel mediocriter sacræ Theologiæ peritus, mysteriū trinitatis, incarnationem filiū dei, & saluiferam passionem, resurrectionē à mortuis, remissionem gratuitam peccatorum in nomine ipsius per fidem, & uitam æternam, deniq; summā euangelicæ prædicationis, & totius apostolicæ atq; propheticæ doctrinæ hîc contineri cernet. Est igitur hæc oratio symbolum uerissimè apostolicum, & regula credendi, & norma exactissima, quæ dirigat iudiciū humanum in dogmatibus discernendis, itemq; dijudicandis hominibus orthodoxis aut hæreticis. Etenim quicunq; amplexi hanc orationem apostolorum in Christum Iesum credidere, salutem adepti sunt, & meritò inter catholicos & orthodoxos Christianos habentur. Et qui hodie huic apostolorum sermoni assensum præbent, Christiani catholici & orthodoxi habentur, ac salutis consortes sunt. Qui uerò contraria his sentiunt, aut docent obstinatè, quocunq; titulo fucata, iure ad schismaticos & hæreticos reijciuntur. Hæc igitur optima formula unionis & communionis Christianæ fuerit; hæc defensio Christianorum absolutissima contra omnes calumnias; hæc refutatio efficacissima dogmatum, titulo quidem & nomine Christiano sese obnubentium, sed apostolorum & Christi doctrinæ aduersantium.

Symbolū apostolicū, & summa doctrinæ Christianæ.

Norma dijudicans orthodoxos & hæreticos.

Concordiæ Christianæ formula.

Scripturæ sanctæ consensus, claritas, certitudo.

Iam uerò hæc oratio exigua quidem pars sacrorum librorum, si uerba & syllabas numeres, compendium uerò totius scripturæ sanctæ, si res appendas, coarguit uel crassum errorem, uel prophanam & impiam calum-

EXPLICATIO ORATIONIS

nam illorum, qui dicunt sacras literas nō continere plenam doctrinam pietatis & salutis hominum, neq; summam dignitatem & auctoritatem habere, sed esse obscuras, ambiguas, incertas, quæq; arbitrati hominum in quamlibet sententiā torqueri possint ceu nasus cereus.

Tractatio scripturarum.

Docet quoq; oratio apostolorum tractare scripturas, & ad usum atq; ædificationem accommodare. Nam quū apostoli signis evidentissimis haberēt in se habitantem spiritum sanctum, & dei filium magistrum habuissent aliquot annis, non tamen simplici narrationi suæ fidem attribui petunt, sed omnia prædicta esse à prophetis ostendunt. Quorum testimonia ita recitant, ut non quidem ubiq; uerbum ex uerbo exprimant, nusquam tamē genuinæ sententiæ repugnent.

Vfus linguarū.

Postremo usus linguarum in ecclesia Christi legitimus hīc ostenditur; ut Christi seruatoris gloria illustretur, & hominum salus ueraq; beatitudo illis diuinis instrumentis spiritus sancti promoueatur.

ORATIO COMMVNIS XII. APOSTOLORUM Iesu Christi, capite secundo Actuum Apost. posita.

Exordiolū breue quidem, sed præparandis auditoribus aptiss. ut bene uoli, attenti, ac dociles cum fructu sermonem percipiant.

| | |
|-----------------|---------------|
| Αὐτοῖς | Viri |
| Ἰουδαῖοι | Iudæi |
| καὶ | et |
| οἱ κατοικοῦντες | qui habitatis |
| Ἱερουσαλὴμ | Hierusalem |
| ἅπαντες, | uniuersi, |
| ἰδοὺ | hoc |
| ὑμῖν | uobis |
| γνωστὸν ἔστω, | notum sit, |

καὶ

| | | | |
|---------------------------------------|------------------|-----------------|-------------------|
| | καὶ | ἔ | |
| | ἤνωπίσαθε | αυ | auribus percipite |
| | τὰ ῥήματα μου. | | uerba mea. |
| Scitè ingreditur apost. in expo- | οὐ γάρ | Non enim | |
| sitionem rerū Iesu Christi sub spe- | ὡς ὑμεῖς | sicut uos | |
| cie defensionis discipulorū, quòd | ὑπολαμβάνετε, | existimatis, | |
| non uino madidi, sed spiritu Chri- | ἔτοι | hi | |
| sti donati loquātur uarijs linguis. | μεθύσοι | ebrij sunt: | |
| Argumentū 1. quòd non sint ebrij | ἔσι γάρ | cum sit | |
| discipuli, à tempore. | ώρα | hora | |
| | τεττη | diei | |
| | ἢ ἡμέρας. | tertia. | |
| Argumentū 2. quòd discipuli non | ἀλλὰ | Sed | |
| ex ebrietate loquantur, à rebus di- | τοτό ἔστι | hoc est, | |
| stantibus. Spiritu sancto afflati lo- | τὸ εἰρημολογ | quod dictum est | |
| quuntur: igitur nō oppressi uino. | ἔστι | per | |
| | τὸ πρὸ φητα | prophetam | |
| | Ἰωήλ. | Ioel. | |
| Argumentū 3. adhibet Ioelis uati- | καὶ ἔσκει | Et erit | |
| cinū. Oratio Ioelis hortatur Isr. | ἐν | in | |
| ad pœnitentiā, eamq; præformat. | ἐσχάτους | nouissimis | |
| Ceterū describens diem domini, | ἡμέρας, | diebus, | |
| signa etiam memorat: quæ tempo- | λέγει | dicit | |
| ribus Christi accōmodat Aposto- | ὁ θεός, | dominus, | |
| lus, idq; rectissimè: ut Malachia | ἐκχεῶ | effundam | |
| ultimo capite aduentus Christi ce- | ἀπ | de | |
| tiam indicatur. | τὸ πνεύματός μου | spiritu meo | |
| Theosemicia, hoc est, diuine signi- | ἔπι | super | |
| fications omnino sunt dominici | πάν | omnem | |
| diei, quū oraculis cœlestibus exci- | τῶσιν | carnem: | |
| tantur hoīes ad consulendū saluti | σάρκα: | | |
| sue. Quæ signa, quæ Israelitæ in | καὶ | ἔ | |
| aduēctū Christi habuerūt multa et | πρὸ φητὸς οἰ | prophetabunt | |
| insignia, ceterū ea cōtēpserūt, in | | | |
| stī. iudicio dei funditū perierūt. | | | |

Hæc uerba de suo adiecit Lucas.

Prepositionem de nec Ebr. nec Syr. habent.

ORATIO COMMVNIS

| | | | |
|--------------------------------------|--------------------|---------------|-------|
| | οἱ υἱοὶ | filij | |
| | ὑμῶν, | uestri | |
| | καὶ | ἔ | |
| | αἱ θυγατέρες | filiae | |
| | ὑμῶν, | uestrae, | |
| | καὶ | ο ο ο | ἔ |
| In sermone Ioelis prius ponuntur | οἱ νεανίσκοι | iuuenes | |
| senes, postea iuuenes. Verum haec | ὑμῶν | uestri | |
| transposita sunt in omnib. trans- | ὄψεσιν | uisiones | |
| lationibus citra sententiae detri- | ἔσονται, | uidebunt, | |
| mentum. | καὶ | ἔ | |
| | οἱ πρεσβύτεροι | seniores | |
| | ὑμῶν | uestri | |
| | ἕνυπνια | somnia | |
| | ἕνυπνιαθήσονται. | somniabunt. | |
| Erasmus putat Lucā legisse καίτοι. | καὶ γὰρ | Et quidem | |
| Hieron. in Ioele uertit, Sed ἔ. | ὑπὲρ | super | |
| | ἐδούλους μου | seruos meos | |
| | καὶ | ἔ | |
| | ὑπὲρ | ο ο ο | super |
| | τὰς δούλους μου | ancillas meas | |
| | ἐν ταῖς ἡμέραις | in diebus | |
| | ἐκείναις | illis | |
| | ἐκχεῶ | effundam | |
| | ἀπὸ | de | |
| | τοῦ πνεύματός μου, | spiritu meo, | |
| | καὶ | ἔ | |
| Omnes interpretes Lucam secu- | προφητεύσουσι. | prophetabunt. | |
| ti, habent haec uerba, quae in Ioele | καὶ δώσω | Et dabo | |
| non leguntur. | σημεῖα | prodigia | |
| Quae in mundo eueniunt natura- | ἐν τῷ οὐρανῷ | in caelo | |
| libus ex causis, ut cometae, pluuiae | ἀνω, | sursum, | supra |
| sanguinolentae, monstrousi partus, | | | καὶ |

Et alia eiusmodi, signa etiam iudicij diuini aduentantis sunt.

καὶ σημεῖα
ἰδί τοῦ κυρίου
κάτω,
αἷμα,
καὶ πῦρ,
καὶ
ἀτμίδια
καπνῶ.

Et signa
in terra
deorsum,
sanguinem,
Et ignem,
Et
uaporem
fumi.

infrā

Eclipses solis et lune etiam nuntiant diem iudicij diuini: Quem admodum et dominus Christus praemonuit, dicens: Erunt signa in sole et luna et stellis.

ὁ ἥλιος
μεταστραφήσεται
εἰς σκότος,
καὶ ἡ σελήνη
εἰς αἷμα:
πρὶν ἢ
εἰλεῖν
τὴν ἡμέραν
κυρίου
τὴν μεγάλην
καὶ ἀφανῆ.

Sol
conuertetur
in tenebras,
et luna
in sanguinem:
antequam
ueniat
dies
domini
magnus
et manifestus.

Et. 1. 1. 1.

Vnicuique et ratio effugiendi exitium, et consequendi salutem, deo exercente iudicium, si homines in uera fide ac in nomine Christi deum patrem inuocent.

Καὶ ἔσται,
πᾶς
ὃς ἐν
ὀνόματι
κυρίου,
σωθήσεται.
Ἄνδρες
Ἰσραηλῆται
ἀκούσατε
αὐτὸν λόγον
τῆς
ἰησοῦ

Et erit,
omnis
quicumque
inuocauerit
nomen
domini,
saluus erit.
Viri
Israelitae
audite
uerba
haec.
Iesum

seruabitur.

Accommodaturus testimonium propheticum temporibus Christi praesentibus, scita praeparatiuicula reuocat Apostolus attentionem.

Virum et hominem principio Christi

ORATIO COMMVNIS

stum ostendit, sed pollentem ser-
mone atq; operibus diuinis: ut di-
scipuli duo euntes in Emaus etiam
loquuntur: sed paulatim ad ipsius
diuinitatem monstrandam descen-
dit. In quo Petri optimi oratoris
prudentia laudatur.

Ἐν Ναζαρεταίου Nazarenum
αὐτοῦ uirum
ἀπὸ approbatum
τοῦ θεοῦ à deo

a Eras. à nos
scriptum fuisse
opinatur.

ἀπὸ τοῦ θεοῦ sed ἑγχεῖται a
εἰς ὑμᾶς in uobis
δυνάμεις, uirtutibus,
καὶ τέρασι, & prodigijs,
καὶ σημεῖοις, & signis,
οἷς ἐποίησε quæ fecit
δὲ αὐτοῦ deus
ὁ θεός per illum
ἐν μέσῳ in medio b

b inter uos

Asseueratio hæc, ipsos Israelitas
adhibens testes oculatos, uim ha-
bet argumenti haudquaquam in-
firmi.

ὑμῶν, uestri,
καθὼς sicut
καὶ αὐτοῖς o o o
οἶδατε: scitis:
ὅτι definito
ἐν αἰῶσι μόνῳ consilio
βούλη &
καὶ prescencia
προγνώσι dei

c & ipsi, Eras.
Aeth. non ha-
bet coniunctio
nem.

Nihil temere gestum in Iesu Chri-
sto, sed omnia facta sunt eterno et
immutabili consilio dei. Ioann. 3.
Sic deus dilexit mundum, ut tradi-
derit filium, &c. Ephes. 1.

τοῦ θεοῦ
ἐκ τῶν o o o d
ἐκ τοῦ traditum
λαβόντες o o o c
ἐξ ἡ χειρῶν per manus
ἀνόμων iniquorum
παραστήσαντες affigentes f
ἀπέλεγε interemistis.
Ὁν Quem
ὁ θεός deus

d sic, Raban.

e accipientes,
Eras. Raban.

Christus non putatiue, sed uere
passus, crucifixus & mortuus est.

f Alij codices
Lat. affigentes.
Sed postea di-
cit, Crucifixi-
stis: quod hic
etiam expressit
Aeth. & Syr.

Christus resurrexit à mortuis di-
uina potentia, Rom. 1.

ἀπέλεγε

| | |
|----------------|------------------|
| ἀνέσπασε | suscitauit |
| * ἐκ νεκρῶν | o o o |
| λύσας | solutis |
| τὰς ἀδυνασίας | doloribus |
| τοῦ θανάτου: | inferni: |
| καθότι | iuxta quod |
| ἐκ | impossibile |
| ἡμῶν θανάτου, | erat, |
| καταείδαι | teneri |
| αὐτῶν | illum |
| ὑπὸ αὐτοῖς. | ab eo. |
| Δαβὶδ | David |
| γαρ | enim |
| λέγει | dicit |
| εἰς αὐτόν: | in eum: |
| πρωτόβωλον | Prouidebam |
| ἔμην κύριον | dominum |
| ἑνώπιόν μου | in conspectu meo |
| ἡμέραν πάντων, | semper, |
| ὅτι | quoniam |
| ἐκ | a |
| δεξιῶν μου | dextris |
| ἔστην, | est mihi, |
| ἵνα μὴ | ne |
| σαλευθῶ. | commouear. |
| Διὰ τοῦτο | Propter hoc |
| ἀνφραίνθη | latatum est |
| ἡ καρδία μου, | cor meum, |
| καὶ | et |
| ἠγαλλιάσατο | exultauit |
| ἡ γλῶσσά μου: | lingua mea: |
| ἐπὶ δε | insuper |

à mortuis, Ac-
thiop.
Bed. addit per
ipsum.

Aliqui libri
ἔδ' ου, ut Pl. 18.
Eras. quatinus;

Christi mortem, resurrectionem,
et diuinam gloriam predictam
fuisse à Dauide, ostendit Psalmo
15. quē inscripsit Aureolum. Agit
autem de summo bono, uerāq; ho-
minis beatitudine: quam Christus
ut homo post crucis humiliationē
percepit, eiusq; facit consortes ut
deus et homo, credentes in ipsum,
qui est uita, ueritas et uita.
Verā beatitudo in dextera dei pa-
tris omnipotentis, in caelestibus
sedibus.

Certissima spes sanctorum, in qua
perferūt animo recto quaeuis ad-
uersa.

Eras. de eo, ut
Syrus etiam.

ORATIO COMMVNIS

Resurrectio corporum humano-
rum in Christo confirmata, ut 1.
Corinth. 15.

Videre, id est, sentire, experiri.

Perfectissima demum felicitas ho-
minibus à deo confertur, ac diui-
num consortium post resurrectio-
nem à mortuis.

Clausulã Psalmi, que maximè ad
propositũ facit, Aethiopicus in-
terpres apposuit: que nimirum li-
brariorum culpa in Grecis libris
omissa fuit.

semper-
na.

Modestè ac prudenter captat A-
postolus loquendi libertatem de
Christo Iesu ac Davide, aptissima
preparatiuncula sermonè qui du-
rior aliqui Iudæis futurus erat,
premolliens.

Erast. cum li-
ceat dicere a-
post. nos liberè.

| | |
|-------------------|----------------|
| καὶ | et |
| ἡ σὰρξ μου | caro mea |
| κατασκύωσις | requiesces |
| ἐπ' ἐλπίδι. | in spe. |
| ὅτι | Quoniam |
| οὐκ | non |
| ἐγκαταλείψω | derelinques |
| τὴν ψυχὴν μου | animam meam |
| εἰς ἄδου, | in inferno, |
| ὅδε | nec |
| δώσεις | dabis |
| τὸν ὅσιόν σου | sanctum tuum |
| ἰδέσθαι | uidere |
| ἐσθλαθορέν. | corruptionem. |
| ἔγνωσάς | Notas fecisti |
| μοι | mibi |
| ὅδ' ἔστι | uias |
| ζωῆς, | uitæ, |
| πληρώσεις με | replebis me |
| ἠδονῶσιν | iocunditate |
| μετὰ | cum |
| τῆς προσώπια σου. | facie tua: |
| * τὸ πνεύμα | delectationes |
| * ἐν τῇ | in |
| * δεξιᾷ σου | dextera tua |
| * εἰς τέλος. | usq; in finem. |
| ἄνδρες | Viri |
| ἀδελφοί | fratres |
| ἵνα | liceat |
| εἰπεῖν | audenter |
| μετὰ | dicere |
| παρρησίας | o o o |

πῶς ὑμᾶς ad nos
 πρὸς τοὺς de
 πατριάρχας patriarchas
 Δαβὶδ· David:
 ὅτι quoniam
 * καὶ o o o
 ἐτελεύτησε defunctus est,
 καὶ ἐτάφη, & sepultus est,
 καὶ &
 τὸ μνήμα αὐτοῦ sepulchrum eius
 ἔστιν est
 ἐν ἡμῖν apud nos
 ἕως usq;
 τῆς ἡμέρας in hodiernum
 ταύτης. diem.
 Προφήτης Prophetas
 ἦν igitur
 ὑπαρχῶν, cum esset,
 καὶ εἰδὼς, & sciret,
 ὅτι quia
 ὁρκω iureiurando
 ὠμοσεν iurasset
 αὐτῷ illi
 ὁ θεός, deus,
 ἐκ καρπῶ de fructu
 τῆς σπύγης lumbi
 αὐτοῦ eius
 καθίσαι sedere
 ἐπὶ τῷ super
 θρόνῳ αὐτοῦ, sedem eius,
 * τοῦτο o o o
 * ἵνα o o o

Braf. apud ept

Quidam codices & habent.

Mitius enūciat Davidem quidem mortuum, sed non resurrexisse.

Quod promissum diuinum celebrat David Psal. 131. Et historia Regū memorat 2.Reg. 7.cap.

Iesus Christus uerus homo ex genere Davidis. Rom. 1.

Hæc etiam Aethiop. & Syriaca transl. non habent. Græci codices uariè uariant. Commentaria Græ

Braf. quod.

Bed. nentris, ut Aeth. etiam, & Psalm. 131. καθίσαι. Braf. ut collocaret.

et qd carnē adimer

ORATIO COMMVNIS

^a excitatus esset

^b Christum cum prauidisset,

^d quidem habet codex Veroneſis.

ca Verona impressa hunc ponunt ordinem horum uerborum, quae ad propositum facere iudico.

Aliqui codices *προειδώς*, praescius.

Aethiopicus interpres addidit ex mortuis, ut superius.

^e derelicta est

^f anima eius

Codex Veroneſis. *ἡ καρδιά ἐφθιη* habet, ut superius scriptum est *ἡ καρδιά ἐψαs*.

Resurrectionē Christi à mortuis approbatam sacris eloquijs tempestiuē iam & palam enunciat Apostolus.

Argumentum concionis apostolice, quod testimoniu reddunt apostoli Christo, ut ascendens in caelum mandauit. Lucae ult. Act. 1.

Christus ascendit ad caelos. Marc. ult. Act. 1. Phil. 2. et cōsedit in dextera uel ad dexteram dei patris omnipotentis: ut dextera dei gloriam et conditionem coelestem significet. Aliqui dexteram ut causam efficientem exponunt.

Promissum spiritus s. quem Christus aliquoties promissit, uelut in

* ἀναστήσει

* ὁμοιωσόμενος

πρωτῶν,

πρῶτον

* μὴ

ἢ ἀναστάσεως

τοῦ χριστοῦ

ἐλάλησε,

ὅτι ὁ

κατελείφθη

ἢ ψυχὴ αὐτοῦ

εἰς ἄδου,

ὅθεν

ἢ σὰρξ αὐτοῦ

εἶδε

ἐσθλοτάτων.

Τούτου

ὁμοιωσόμενος

ἀνεστησεν

ὁ θεός:

οὗ

πάντες

ἡμεῖς

ἑσμεν

μαρτυροί.

Τῆ δεξιᾷ

δὲ

τοῦ θεοῦ

ὑψωθεῖς,

τιμωρῶν

ἐπαγγελίας

τοῦ αἰῶνος

o o o^a

o o o^b

prouidens^c

locutus est

o o o^d

de resurrectione

Christi;

quia neq;

derelictus est^e

o o o^f

in inferno,

neq;

caro eius

uidit

corruptionem.

Hunc

Iesum

resuscitauit^g

deus:

cuius

omnes

nos

testes

sumus.

Dextera

igitur

dei

exaltatus,

&

promissione

spiritus

ωνδύ

^g Erascitauit.

coena sacra, Ioan. 14. 15. 16. & ascendens in caelum, Act. 1. Baptista etiã declarans Iesum esse Christum dixit: ille baptizabit spiritu & igne, uel spiritu sancto.

Ita quidam Graeci codices habuerunt, ut glossa ordinaria testatur. Habet etiã Syriaca trãsl. Alij τὸ πνεῦμα intelligunt, hunc spiritũ. Non eget alia probatione, quod sensibus ipsis perceptum est.

Ascensionem Christi ad caelos, & gloriam diuinam aequalem deo patri et deo filio probat ex Psal. 109. Loquitur autem propheta uerbis dei ad Mesiam, ut Matth. 22. & Hebr. 1. exponitur.

Hec posita sunt in translatione Aethiopica, ut authore spiritu sancto Dauidem scripsisse intelligatur: quemadmodum & Simeon dicitur in spiritu sancto uenisse in templum.

Donec, nõ finitè, sed indefinitè hic ponitur, ait Lyranus: quia nõquã deseret Christus dexterã dei, etiã de uicis et oppressis oibus hostib.

πνεῦμα
λαβὼν
πρὸς
τὸν πατέρα,
ἐξέχεε
τοῦτο
* τὸ δῶρον,
ὃ
νῦν
ὕμεις
βλέπετε,
καὶ ἀκούετε.
οὐ γὰρ
δαβὶδ
ἀνέβη
εἰς οὐρανόν,
λέγει δὲ
* πρὸς αὐτὸν
* δαβὶδ
* ὅτι πνεῦμα
* ἁγίου.
εἶπεν
ὁ κύριος
ἐν κέντρῳ
καθίσθη,
ἐκ δεξιῶν μου.
ἕως
αὐθιγῆς
οὐκ ἐχθρὸς σου

sancti
accepta
à
patre,
effudit
hoc
donum,
quod
o o o
nunc
uos
uidetis
& auditis.
Non enim
Dauid
ascendit
in
caelos,
dicit autem ipse

de illo
Dauid
in spiritu
sancto

Dixit
dominus
domino
meo,
fede
à
dextris meis:
donec
ponam
inimicos tuos

ORATIO COMMVNIS

a Eras. certo. Quidam libri ἀκριβῶς, omnino, exactè.

b Eras. tota.

c Aliqui libri non habent, &c.

Ex argumentis hæcenus propositis, concludit Apostolus constantissimè, Iesum Nazarenum crucifixum à Iudæis, esse Messiam dei filium, & unicum seruatores, ac dominum uniuersorum: qui est orationis status.

Ita Petrus etiam disseruit in concilio Act. 4. ex Psal. 117.

d Eras. respicite.

e Hæc uerba non habet Syriaca translatio.

Addidisset Petrus exhortatiunculam testimonio euāgelico, ut cap. 3. nisi compuncti animis interruipissent sermonem. Agnoscentibus ergo & confitentibus peccata, et requirentibus salutis uiam, proponit summam euangelij, ut ipse dominus Matth. 28. Quæ forma est absolutionis apostolicæ.

Vnū baptisma in remissionem peccatorū, ut symbolū Constantinopolitanum profitetur. Aethiop. dicit, & remittetur peccatū uestrū.

ἰσχυρόν scabellum
 τῶν ποδῶν σου. pedum tuorum.
 ἀσφαλῶς Certissimè
 ἔν sciat
 γινώσκῆτο ergo
 πᾶς omnis
 οἰκῆ domus
 Ἰσραὴλ, Israel,
 ὅτι quia
 ἔστι &
 κύριον dominum eum
 & χριστὸν & Christum
 αὐτοῦ o o o
 ὁ θεὸς fecit
 ἐποίησεν deus
 τόνδε hunc
 Ἰησοῦν, Iesum,
 ὃν quem
 ὑμεῖς uos
 ἐσταυρώσατε. crucifixistis.
 (Τοιγαροῦν Proinde)
 μετανοήσατε, penitentiā agite.
 &
 βαπτισθήτω baptizetur
 ἕκαστος unusquisq;
 ὑμῶν uestrum
 ἐν ᾧ in
 Ἰησοῦ ὀνόματι nomine
 χριστοῦ Iesu Christi,
 ἐν ᾧ in
 ἀφεσὶν remissionem
 ἁμαρτιῶν. peccatorum:

| | |
|-----------------|-----------------|
| καὶ | et |
| δώσει | accipietis |
| πλὴν δωρεάν | donum |
| τοῦ ἁγίου | spiritus |
| πνεύματος. | sancti. |
| ὑμῖν | Vobis |
| γὰρ | enim |
| ἔστιν | est |
| ἡ ἐπαγγελία, | repromissio, |
| καὶ | et |
| τοῖς τέκνοις | filijs |
| ὑμῶν, | uestris, |
| καὶ πάντι | et omnibus |
| τοῖς ἐς μακράν, | qui longè sunt, |
| *καὶ | o o o |
| *τοῖς ἐγγύς, | o o o |
| ὅσους αὐ | quoscumq; |
| πεσοκαλίσειται | aduocauerit |
| κύριος | dominus |
| ὁ θεός | deus |
| ἡμῶν. | noſter. |
| Σώθητε | Saluamini |
| ἀπὸ | à |
| τῆς γενεᾶς | generatione |
| τῆς σκολιᾶς | iſta |
| ταύτης. | praua. |

Brigit animos in bonam ſpem ſalu-
tis, applicando promiſſa diuina.

Hbr. more poſ-
ſeſſio notatur.
Veſtra eſt pro-
miſſio, & filio-
rum ueſtrorū.

Sumpta hæc uidentur ex Danie-
lis oratione, cap. 9. & Eſa. 57.

Hæc in commentarijs Græcorum
addita ſunt.

A deo uocati et electi per gratiã
illius in Chriſto ſeruantur.

Admonitio grauiſſ. ut ſalutis æter-
næ cãdidati relinquãt prophanos
cõtemptores Chriſti, ut Chriſtus
etiã, et Paulus cõmonefaciũt.
Generatio praua ex Deut. ca. 32.
Dñs dicit nationẽ prauã et adulte-
rã, iudeos puicaces ſigna petẽtes.

et
ijs qui pp̄e,

Locutionem
Ebraicã Ac-
thiopicã inter-
pres propius
exprefſit, in-
quiens: Eripite
animã ue-
ſtram. Ebraei
enim dicunt

• **הַמְּלִיכָה בְּעֵשֶׂת יָמֵיהָ** Quod Germanicus ſermo dicit: Hütend eſch bey eß-
weerer ſeel ſãligkeit/ vor dem ſerkerten volck.

E

ORATIO COMMVNIS

ORATIONIS COMMVNIS XII. APOSTO-
lorū Iesu Christi, in capita & articulos orthodoxæ catho-
licæq; fidei Christianorum, distributio.

Quod superius de usu amplissimo dixi huius diuī
næ orationis, symbolum totum, & omnes articu-
los fidei, religionisq; & doctrinæ Christianæ summam
continere, id singulatim per suas partes monstrandum
esse uidetur.

Trinitatis my-
sterium.

Mysterium sacrosanctæ ac adorandę trinitatis deum
patrem, deum filium, deum spiritum sanctum non ob-
scure hîc uidemus expressum.

Christus homo
factus ex uirgi-
ne & spiritu
sancto.

Iesum Nazarenum Messiam esse filium Dauidis ho-
minem perfectum, & purissima generatione incarnatū
& genitum, ex Psal. 109. indicatur. Nam Dauid sanctifis-
simus propheta, ac Messia progenitor filij dei æterni,
et sui filij secundum carnem purissimam generationem
ex integra uirgine, per sancti spiritus effectiōnem assi-
milat generationi roris, qui cœlestium corporum actio-
ne ex uaporibus terræ elicitur. Quod Esaias disertius
expressit: Ecce uirgo concipiet, ac pariet filium. Modū
uerò Gabriel archangelus indicauit dicēs: Spiritus san-
ctus superueniet, &c.

Iesus Christus
passus.

Iesum Christum esse passum, crucifixum, mortuum,
sepultum, ad inferos descendisse, tam perspicue hîc apo-
stoli testificantur, ut nullū symbolū planius exprimat.

Resurrexit
Christus, cuius
uirtute resur-
gent homines.

Resurrexisse quoque à mortuis aliquoties testantur:
quanquam diem tertium non addunt, quod tum Hie-
rosolymis uulgatissimum erat.

Christus ascen-
dit in cœlum.

Ascendisse etiam ad cœlos, & sedere ad dexterā dei
patris omnipotentis Iesum Christum.

Christus ueniet
iudicatum.

Et illum Iesum Nazarenum iudicaturum esse uiuos
&

& mortuos, apostoli eo testantur, quòd clarissima uoce pronunciant, hunc Iesum factum esse dominum & Christum. Namque oracula diuina Mesiæ assignant gubernationem uniuersorum & iudicium, ut in Daniele, in Esaia, in Psalmis, & in alijs scriptis liquet. Ac Paulus in conuersione Atheniensium, ut Act. decimosextimo capite legimus, inquit: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, præstituit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate per eum uirum, per quem decreuit, fide præstita omnibus, quum suscitauit eum à mortuis.

Vnam quoque ecclesiam sanctam catholicam ostendunt hæc apostoli, nimirum cœtum, quem deus conuocare dignatus est, seque illi & bona sua impertiri propter Christum mediatorem. Qui cœtus cum peccatis bellum gerit, & studet sanctimoniam.

Remissionem uero peccatorum gratuitam in nomine Christi, & iustificationem per fidem non dubiam neque ignotam reliquerunt apostoli in hoc sermone.

Baptismi etiam sacramentum, & signum gratiæ diuinæ, quæ absoluit homines à reatu, condonationi peccatorum adiunxerunt. Quem locum etiam obtinet sacramentum unionis & communionis Christianæ, quo salutifera mortis domini memoria peragitur.

Postremo uitam æternam, ac perfectam fidelium beatitudinem non modo confitetur hæc apostoli, sed etiam in cœlis, in dextera dei monstrant, ac describunt eam, & remittunt ad sacros libros, in quibus copiosissime explicata est.

RITVS BAPTISMI

RITVS SACRI BAPTISMI, QVEM DOMINVS IESVS CHRISTVS PER APOSTOLOS ECCLESIAE TRADIDIT, MATTHEI VLTIMO CAPITE DESCRIPVS.



In nomen Iesu
Christi bapti-
zari.

Commentitia
baptizandi for-
mula diuinitus
repudiata.

Finis baptismi
Christiani.

VE M ritum baptizandi Christus apostolis, et per eos ecclesiae suae tradiderit seruandum usque ad consummationem seculi, refert Matthaeus in fine historiae suae euangelicae. Etsi uero Petrus iubet euangelio credentes in nomine Iesu Christi baptizari, ut Actorum capite secundo & decimo legimus, non tamen ritus a domino traditus aboletur, aut peruertitur. Nam qui baptizantur in nomen Christi Iesu filij dei, baptizantur etiam in nomen dei patris, & dei spiritus sancti, qui ab utroque procedit. Est enim una in diuisa diuinitas sacrosanctae trinitatis. Et inuocationem adorandae trinitatis in sacratissimo lauacro in ecclesijs religiose obseruatam fuisse, testantur beati Hilarij, & aliorum ueterum ecclesiae doctorum scripta. Et iuste damnauerunt ecclesiastici patres ab haereticis excogitatas formulas, ueluti eorum qui baptizarunt in nomine ignoti patris omnium, in ueritate matre omnium, & in Iesu qui descendit. Estque memorabile opus iudicij diuini aduersum prauaricatores sacrae institutionis in historia Nicephori memoriae proditum lib. 16. cap. 35. Quum enim Deuterius Arianus episcopus Constantinopoli baptizaret quendam, ueluti traditionem domini abolens, praeterque morem receptum dicere ausus: Baptizatur Barbas in nomen patris, per filium, in spiritu sancto: unda sacri lauacri derepente disparuit. Quare Barbas territus, & inde profugiens miraculum hoc omnibus patefecit. Finem sacri baptismi Petrus indicat, iubens credentes baptizari in remissionem peccatorum. Adoptat etiam deus

deus, uel ut planius loquar, testificatur adoptatos esse homines, in baptismo per ministerium ecclesiæ: ut qui Adami fuerant miseri ac perditii filij, & natura filij iræ, per diuinam misericordiam in Christo filio dilecto, à peccatis & damnatione iusta liberati, heredes & filij dei efficiantur, ceu regenerati per uerbum & sanctum spiritum. Vnde lauacrum regenerationis uocat apostolus Paulus.

Et hæc præcipua sunt in sacramento baptismi, ac ueluti partes substantiales. In cæteris libertas ecclesijs moderata & prudens concessa est: quæ hanc seruat regulã, ne quid fiat contra fidem, neq; contra bonos mores, & ut ritus habeant exhortationem uitæ melioris, ut dicit Augustinus. Addo etiam, ne qua superstitioni aperiatur ianua. Vsurparunt quædam sanè Christiani ueteres in baptismo præter asperisionem aquæ, aut tinctionem in nomine trinitatis in remissionem peccatorum, ut candidam uestem, ablutionem pedum ante baptismum, & alia, uerum citra superstitionem. Rursum multi Christiani, ut epistola 119. ad Ianuarium de ritibus ecclesiæ scribit Augustinus, ablutionem pedum, qua ipse dominus formam humilitatis commendauit, ne ad baptismi sacramentum pertinere uideretur, noluerunt in consuetudinem recipere, nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitarunt. Quid autem illi ueteres Christiani hodie facerent, tot rebus in baptismo accumulatis, quæ diu ecclesiæ Christi neglexerunt? Atq; utinam carerent magna superstitione.

Quin uero Alexandrina ecclesia, quã Marcus euangelista Petri discipulus & filius condidit, & eius episcopus Dionysius, uir eximia doctrina & sanctimonia, ludum à Laicis initiatum in uasta solitudine, absq; aqua,

Libera quædam
in baptismo.

Indicium Ale-
xandrinæ ec-
clesiæ.

RITVS BAPTISMI

sed arena ter in eum coniecta in nomine trinitatis, non censuerunt iterum esse baptizandum, sed tantum aspergendum aqua, ne ritus ecclesiae à Christo traditus, contemptus aut neglectus cuiquam uideri posset.

Institutionem ergo baptismi, & ritum à domino Iesu Christo ecclesijs traditum ex euangelica historia describam per columnas; ut euidentius cerni possit librorum Latinorum, Graecorum, Syriacorum, & aliorum consonantia, & in pauculis uerbis discrepantia, citra tamè dispensum ueritatis historice, & Christianae pietatis.

| | Latina uetus translatio. | Graeca Mat- thei historia. | Syriaca trās- latio. | Lat. uersio re- spondēs Syr. |
|--|-----------------------------|-------------------------------|-------------------------|---------------------------------|
| | <i>Et accedens</i> | καὶ προσελθὼν | ܩܪܒ | <i>Et accedens</i> |
| Aethiop. domi- nus Iesus. | <i>Iesus</i> | ὁ ἰησοῦς | ܝܫܘܥ | <i>Iesus</i> |
| | <i>locutus est</i> | ἑλάλησεν | ܡܠܠ | <i>locutus est</i> |
| | <i>eis,</i> | αὐτοῖς | ܟܘܡܘܥܝܘܢ | <i>cum eis,</i> |
| | <i>dicens:</i> | λέγων: | ܘܐܡܪ | <i>& dixit</i> |
| | ○ ○ ○ | ○ ○ ○ | : ܠܗܘܢ | <i>eis:</i> |
| | <i>Data est</i> | ἐδόθη | ܐܘܬܝܬܝܢ | <i>Data est</i> |
| | <i>mibi</i> | μοι | ܠܝ | <i>mibi</i> |
| | <i>omnis</i> | πᾶσιν | ܒܠ | <i>omnis</i> |
| | <i>potestas</i> | ἰσχυρία | ܟܘܠܫܘܠܬܐ | <i>potestas</i> |
| Aethiop. coeli & terræ. | <i>in caelo</i> | ἐν ὐρανῶ | ܒܫܡܝܐ | <i>in caelo</i> |
| | <i>& in terra.</i> | καὶ ἐπὶ γῆς. | ܘܒܗܝܘܬܐ | <i>& in terra.</i> |
| Hæc uerba si- militer ponun- tur Ioā. 20. ca. in transl. Syr- iaca: defunt au- tem hic in Ae- thiop. transla- tione, & in a- lijs. | | *καθὼς | ܘܐܝܢܐ | <i>Et quemadmodū</i> |
| | | *ἀπὲς αὐτὸς κέ με | ܘܝܫܘܥ | <i>misit me</i> |
| | | *ὁ πατήρ | ܐܘܝ | <i>pater meus,</i> |
| | | *καὶ γὰρ | ܐܝܘ | <i>etiam</i> |
| | | ○ ○ ○ | ܐܝܘ | <i>ego</i> |
| | | *πέμψω | ܡܝܫܘܢ | <i>mitto</i> |
| uel mittēs sum. | | ○ ○ ○ | ܐܝܘ | <i>ego</i> |

*ὕμῶς

Latina uetus Græca Mat= Syriaca trās= Lat. uersio re=
translatio. thæi historia. latio. spondēs Syr.

| | | | |
|---------------|---------------|-----------|--------------------|
| Euntes | *ύμᾱς. | לכוֹן. | uos. |
| ergo | ποροῦθῆντες | ולו | Ite |
| docete | ἐν | הביל | prædicatum, |
| omnes | μαθητεύσατε | תלמדו | docete |
| gentes, | πάντα | בלהון | uniuersos |
| baptizantes | τὰ ἔθνη, | עממא | populos, |
| eos | βαπτίζοντες | ועמרו | & baptizate |
| in nomine | αὐτῶν | אנן | eos |
| patris, | εἰς τὸ ὄνομα | שש | in nomine |
| & filij, | τῷ πατρὸς, | אנא | patris, |
| & spiritus | καὶ τῷ υἱῷ, | וכרו | & filij, |
| sancti: | καὶ τῷ ἁγίῳ | והרו | & spiritus |
| docentes | πνεύματι | קדושי | sancti: |
| eos | διδ' αὐτῶντες | ואלעו | Et docete |
| seruare | αὐτῶν | אנן | eos, |
| omnia | τηρεῖν | ונתנו | ut seruent |
| quæcunq; | πάντα | ב | omnia, |
| mandauī | ὅσα | א | quæ |
| uobis. | ἐνετειλάμην | ועקרתכון. | mandauī uobis. |
| Et ecce | ὑμῖν. | ○○○○○○ | |
| ego | καὶ ἰδὲ | והא | Et ecce |
| uobiscum | ἐγὼ | אנא | ego |
| sum | μεθ' ὑμῶν | עמרו | uobiscum |
| omnibus | ἐμὶ | אנא | ego |
| diebus | πάσας | בלהון | omnibus |
| usq; ad | τὰς ἡμέρας | יומתי | diebus |
| consummationē | ἕως | עומא | usq; ad |
| seculi. | Ἀσωπλείας | לשולמא | consummationē eius |
| | τῶν αἰῶν | ועלמא | seculi. |
| | | אמן. | Amen. |

a Ergo in Græcis libris deesse, in Latinis quibusdam, aut legi, notauit Brasin. Habet Aeth. etiā coniunctionem.

In nomen, Laurent. Vallæ.

uel sum

Vsq; ad, uel donec, in scripturis sanctis non tollit, quæ post hæc futura sūt.

Aethiop. etiam addidit, Amē.

RITVS COENAE
 RITVS COENAE DOMINICAE, DESCRIP-
 tus à beato Matthæo capite 26.

Semper diabo-
 lus infestus coe-
 nę domini fuit:
 sed Christus
 iudicauit.



MYSTERIA unionis & communionis Chri-
 stianæ, in quibus gratulatoria memoria pas-
 sionis dominicæ nostræq; salutis agitur, ho-
 stis gloriæ dei & humanæ salutis à prima in-
 stituitone corrumpere & peruertere molitus est, idq; mo-
 dis uarijs, & ab omni parte. Rursum uerò dominus Ie-
 sus Christus, qui promisit ecclesiæ suæ, quam sanguine
 suo pretioso redemit & sanctificauit, quam unice dili-
 git, non deserturum eam, sed omnibus diebus mansurum
 cum illa, semper asseruit per idoneos ministros sanctissi-
 ma sui corporis & sanguinis mysteria à corruptelis.

Ecclesiæ Co-
 rinth. lapsus in
 coenæ domini.

Vtq; nonnulla exempla carptim attingam, Corinthij
 rectissimè à diuo Paulo instituti conuerterant mysticã
 & sacrosanctam coenam in cõmessationem profusam,
 & tantum non in liberalia Bacchi & orgia. Quos apo-
 stolus grauiter obiurgat, & reuocat domini coenam ad
 primam & perfectissimam formã illam, quam per apo-
 stolos ab ipso Christo acceperat.

Symbolorum
 panis & uini
 corruptela.

Aliqui symbola ipsa corporis & sanguinis domini
 panem atq; uinum temerariè ac prophanè corruerunt
 uel addendo aliquid, uel detrahendo. Nam hæreticus
 Marcus, ut Irenæus de illo scribit, magicis præstigijs ui-
 ni colorẽ mutauit, ut sanguis appareret. Aliqui sangui-
 nem infantis, & carnes humanas addiderunt, caseumq;
 pani adiecerunt artotyritæ: ut nefandas borboritarum
 epulas silentio præteream. Aquarij, Ebionitæ, Marcio-
 nitæ, Hydroparastatæ, & alij aquam solam in calice be-
 nedictionis obtulerunt. Eos reprehenderunt uiri san-
 ctissimi, qui aduersus hereses istas libros ediderunt. Im-
 primis

primis uerò beatus Cyprianus martyr Christi, & episcopus Carthaginis doctissimus simul et sanctissimus ostēdit, quanta religione institutionem domini obseruari oporteat in cœna sacrosancta. Librum enim scripsit, ut Augustinus uocat, siue epistolam ad Cæciliū presbyterū, in qua multis rationibus & diuinis testimonijs demonstrat, id esse in cœna domini faciendum, quod ipse Christus summus pontifex & author sacramenti fecit, & facere præcepit, neq̄ licere ab eo recedere ulla humana & nouella traditione. Quem sermonem grauissima exhortatione terminat: quæ utinam Christianis proceribus, & uulgaribus hominibus omnibus nota, & memoriæ affixa esset. Sunt enim hæc uerba ipsius: Si dei & Christi sacerdotes sumus, non inuenio, quem magis sequi quàm deum & Christum debeamus: cum ipse in euangelio maxime dicat: Ego sum lumen mundi: qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi, & præcepta eius obseruare debemus. Quia & ipse alio loco mittens apostolos, dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ite ergo, & docete omnes gentes, tingentes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: docete eos obseruare omnia, quæ cunquæ præcepi uobis. Quare si in lumine Christi ambulare uolumus, à præceptis eius & monitis nō recedamus, agentes gratias, quod dum instruit in futurum quid facere debeamus, de præterito ignoscit, quod simpliciter errauimus: & quia secundus aduentus nobis appropinquat, magis ac magis benigna eius & larga dignatio corda nostra luce ueritatis illuminat. Religioni igitur nostræ congruit & timori, & ipsi loco atq̄ officio sacerdotij nostri, frater charissime, in dominico calice miscēdo

Diui Cypriani scriptum de sacramento corporis & sanguinis domini.

Notate uerba, signare mysteria, & miscere miser.

& offerendo custodire traditionis dominicæ ueritatem, & quod prius apud quosdam uidetur erratum, domino monente corrigere. Vt cum in claritate sua & maiestate cœlesti uenire cœperit, inueniat nos tenere, quod monuit, obseruare quod docuit, facere quod fecit. Hactenus diuus Cyprianus Cornelio episcopo Romano & martyri amicissim^o, & à diuo Hieronymo, Augustino, Lactantio, & alijs ecclesię doctoribus laudatissimus uir. Quid autem hodie diceret, uidens missam istam ecclesię Romanæ longè degenerem à prima institutione domini Iesu Christi: Ceterum quòd aquam etiã uino misceri postulat in sacro calice, tribuendum est illis temporibus, & regionibus, & tanto uiro donandum, qui coniectura non leuì habuit persuasum, in sacratissima cœna dominum sobrietatis exemplum aqua uinum temperasse: quemadmodum panem azymorum obtulisse, in ecclesijs receptum est probabili admodum coniectura ex ritu paschatís in ecclesia Israelitica.

Num aqua etiã
calici miscēda.

Mores & uita
sancta impri-
mis requirun-
tur in admini-
stris & dispen-
satoribus sacro-
rum.

Quum atate Hieronymi iam administri sacrorum mysteriorum, & ecclesię præsides illotis pedibus & manibus, atq; impuris animis, & uita turpi sacra cõtaminarent, ut quondam filij pontificis Eli, diuus Hieronymus grauissimã reprehensione occurrit. Cuius uerba huc adscribere placuit ex commentarijs eius in caput tertium Sophonię prophetae. Nam sic loquitur: Propheta etiã, id est, magistri, qui se putant docere populos, & de scripturis sermocinari, *πνευματικοί*, id est, portantes spiritum siue spirituales, & hoc *εἰρωνικῶς* legendum, sunt uiri contemptores. Non enim docere, sed facere in ecclesia conuenit, non factis uerba destruere. Ceterum tu cum alium doceas, & ipse non facias, non tam doctor quàm contemptor uocandus es. Sacerdotes quoque qui eucharisti-

charitatis seruiunt, & sanguinem domini populis eius diuidunt, impiè agunt in legem Christi, putantes *uixisse* imprecantis facere uerba, non uitam: & necessariam esse tantum solennem orationem, & non sacerdotum meritum. De quibus dicitur: Et sacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes domino. Et postea: Sacerdotes qui dant baptismum, & ad eucharistiam domini imprecantur aduentum, faciunt oleum chrismatis, manus imponunt, catechumenos erudiunt, leuitas & alios constituunt sacerdotes, non tam indignentur nobis hæc exponentibus, & prophetis uaticinantibus, quam dominum deprecantur, & studiosè agant, ne de sacerdotibus qui uiolant sancta domini esse mereantur. Non enim dignitas, & nomina dignitatum, sed opus dignitatis, & principes, et iudices, & prophetas, & sacerdotes saluare consuevit. Qui episcopatum, inquit Apostolus, desiderat, bonum opus desiderat. Videte, quid dixerit: bonum opus desiderat, non dignitatem. Si autem desperato opere solam aspexerit dignitatem, citò corruit turre in Siloa, & excelsæ cedri fulmine feruntur, & erecta ceruix frangitur, & cygnus extento collo & in sublime tendens inter immundas uolucres computatur. Quæ tamen eò non pertinent, quasi ex dignitate ministrorum pendeat sacramentorum dignitas.

Porrò quum temporibus Iustiniani optimi principis, qui ius Romanum curauit emendari, & ordinari compendiosius, imminente iam foedissima defectio, quæ inuexit Mahumed, & Rom. Papa non absimiliter, alii qui ministri & antistites sacrum baptismum & eucharistiam præter morem à domino traditum, & in ecclesijs sanctis ac uerè apostolicis seruatam transgredierentur, constitutione authentica optimus & sacratissimus Imperator eos

Eucharistia Latinis sonat actionem gratiarum quo nomine coena etiã mystica uocatur.

Respicit ad dictum: Peccatores non exaudit deus. Baratione; Cyprianus & alij multi putant hæreticorum baptismum nullum esse.

Multis ecclesie prelati aliter hodie uidentur.

Degradatio sacerdotum ex ipsorum culpa;

D. Iustiniani reformatio.

RITVS COENAE

ad diuinæ ordinationis formam, & sacrorum canonum obseruationem reuocauit: ut ritè sacra administrent ad captum etiam populi Christiani. Inter alia autem uerba constitutione CXXIII. ita loquitur diuus Iustinianus: Aliqui sacerdotes ne ipsas quidem sacrae oblationis & sacri baptismatis preces scire dicuntur. Dei itaq; iudicium reuoluentes in animo in unoquoque horum quæ renunciata sunt nobis, quæstionem & correctionem canonicè iussimus procedere. Nam si generales leges ea quæ perperam admittuntur à laicis, non concedunt sine quæstione & uindicta relinqui: quomodo ea quæ à sanctis apostolis & patribus ad fidelium hominum salutem regulariter sunt disposita, despici sustineamus? Etenim qui sacros obseruant canones, hi domini dei potenti-
tur auxilio: Et qui hosce prauaricantur, ij seipso con-
demnationi subiiciunt. Et reliqua.

Multiplex & horrenda coenæ sacrae deprauatio.

Eo tempore ambitiosa contentio de primatu in ecclesia Christi, quæ primam quoq; & sanctissimam coenā inturbauit, apostolis ipsis de maioritate, ut uocant, inter se contententibus, inter ecclesiarū antistites oborta est, maximè inter Constantinopolitanum & Romanum archiepiscopum. Et ab eo tempore multi errores & foedissimæ deprauationes agminatim inuaserunt coenam dominicam. Nam effectus passionis Iesu Christi, qui corpus suum tradidit in mortem pro mundi uita, & sanguinem effudit in ara crucis abluentem peccata fidelium, translatus est in opus hominum, qui eucharistiam celebrant: ut quibus applicatur opus illud operatum seu uiuis seu mortuis, liberentur à peccatis & ab alijs malis, & percipiant bona tum æterna, tum temporaria. Mox itaq; commemoratio passionis domini & redemptionis nostræ conuersa est in sacrificium non modò eucharisticum

Effectus passionis domini & gratiæ dei humane actioni adtributus.

Sacrificiū pro memoria passionis domini.

sticum

sticum & gratiarum actionis, uerum etiam expiatoriū. Ut quum semel seipsum patri cœlesti obtulerit dominus Iesus in spiritu sancto, semel pro nobis sit mortuus aeterna redemptione inuenta, & amplius non moriatur, manibus tamen sacerdotum in plurimis locis millies quotidie offeratur, pro peccatis & pro salute uiuorum ac mortuorum.

Ad hoc igitur sacrificium necessaria fuit corporalis præsentia sanguinis, carnis, corporis, & totius Christi: quare excogitati sunt modi statuendæ illius præsentia corporalis. Alter est modus conuersio miraculosa panis & uini, hoc est, symbolorū & specierum, in substantiam corporis & sanguinis Christi, adeoq; corporalium rerū & elementorum aquæ, uini, panis, in essentiam totius Christi ueri dei, & ueri atq; perfecti hominis. Et huic nouæ transformationi, quum uirtute uerborum consecrationis, & characteris indelebilis, quem sacerdotes à Papa Romano & ab episcopis ab illo confirmatis, habere existimantur, apostolica potestate ex rebus uulgaribus Christus sacrificandus per manus sacerdotum efficitur, nouum etiam nomen transsubstantiationis excogitatum est.

Altera uia & ratio statuendi corporalem præsentiam Christi, est alligatio siue coniunctio rerum cœlestium, spiritalium, quæq; mente percipiuntur, ad res terrestres, corporales, & sensibus obiectas, per unionem sacramentalem. Ut quicumq; symbola percipit corporeis sensibus, simul etiam res cœlestes, ipsum Christum totū corpore percipiat. Vnde nō modò quæsitum, sed etiam pronunciatum & decretum est, in sacramento à prophetis etiam & impijs hominibus, ne dicam muribus, sumi carnem & sanguinem Iesu Christi: quæ quicumque edit

Corporalis
præsentia
Christi.

Transsubstan-
tatio in sacra-
mento altaris.

Interpretationes uerborum sacramentalium.

Adoratio & cultus soli deo debitus, sacramentis obuenis.

Missæ merces uignalis & uendibilis, & arce iâbernæ, & rēpta mundinaria.

Communicatio sub una tantum specie.

Contentiones prophanæ in causa sacramentorum.

Restitutio intergritatis sacramentorum.

& bibit, uiuet in æternum. Inde natæ sunt diuersæ & pugnâtissimæ interpretationes uerborum sacramentalium, & stupenda confusio signorum & rerum quæ significantur sacris symbolis. Et quia persuasionem illam admiserunt homines, Iesum Christum offerri, & corporali modo, aut alio quopiam ineffabili modo presentem adesse, cultus etiam patriæ accessit & adoratio. Itaque in altari ostentatur deus Mauzim, id est, deus munitioinum & praesidianus, nempe Christus ille factitius, & recluditur in delubra gemmea, aurea, argentea, in altaria, in parietes templorum, & circumgestatur in pompis: ut ethnici homines deos suos in manibus & digitis suis circumgestauerunt. Conuersum quoque est sacrificium missæ in negotiationem quaestuosissimam, ut uendantur, emantur, conducantur, eloquentur missæ, & bona omnifaria, quæ applicatio missæ hominibus conferre putatur. Postremo pars altera laicis quantumuis pijs & sanctis negatur, & sub specie panis simul corpus Christi, & sanguis propter concomitantiam dari solet; quantumuis autem impuris sacrificulis mysteriorum tractatio permittitur, diuinis legibus, ecclesiasticis canonibus, & Christianorum Imperatorum constitutionibus uoce clarissima reclamantibus. Taceo digladiationes quorundam acerbissimas de modo presentie Christi, & manducationis, deque uerborum sacramentalium significatione; taceo damnationes iniquas orthodoxorum Christianorum, qui de ueritate corporis & sanguinis domini, ac natura diuina & humana in Christo rectissime sentiunt, qui usum coenæ domini agnoscunt, qui ritum, à Christo summo & æterno pontifice traditum obseruant, & qui uerba mystica exemplo ueterum theologorum recte interpretantur. Simplicissima igitur & cōpendiosa reformatio esset coe-

set cœnæ dominicæ, si missa Romana tot modis corruptissima penitus aboleretur, & forma cœnæ diuino uerbo congruens ecclesijs redderetur. Quemadmodum etiam D. Martinus Lutherus sanctæ memoriæ, faciendū esse docuit in cōsultatione de reformanda ecclesia, initio facto à missa Romana.

Lutheri sententia de Papisticorū missa reformanda.

Cœnam dominicam totam perfectissimè descripsit beatus Iohannes, præter uerba solennia mysterij, quæ reliqui tres euangelistæ reddiderunt, & copiosius etiam Paulus apostolus scribens ad Corinthios, Manducationem uerò spiritualem & salutiferam corporis Christi, & sanguinis perceptionē docuit dominus Iesus in schola oppidī Caphernaum: ut Ioannis 6. cap. legimus. Hoc autem loco ritū cœnæ ex euangelica historia beati Matthæi proponam, collatis per columnas uarijs interpretationibus: ut in ritū baptismi paulò antè factum est.

Quibus in locis domini cœna exponatur.

| Latina uetus. | Græca. | Syriaca. | Lat. respon. Syr. | |
|-------------------------|---------------|-----------|-------------------|--------------------------------------|
| Cenantibus ^a | ἐδiónτων | כר | Quum | a Bras. edentibus. |
| autem | δέ | רין | hi | |
| eis, | αὐτῶν, | לעסין | manducarent, | |
| accepit | λαβὼν | שקל | accepit | |
| Iesus | ἰησοῦς | ישוע | Iesus | |
| panem, | τοῦ ἄρτου | לחמא | panem, | |
| & benedixit | καὶ εὐλογήσας | וברך | & benedixit, | al. ἀναπαύσας, quum egisset gratias. |
| ac fregit, | ἔκλασεν | וקצא | & diuisit, | |
| deditq; | καὶ ἔδιδε | ויהב | & dedit | |
| discipulis | τοῖς μαθηταῖς | לתלמידיהי | discipulis | |
| suis, | *αὐτοῖς | | suis, | |
| & ait: | καὶ εἶπε: | ואמר | & dixit: | |
| Accipite, | λάβετε, | סבו | Accipite, | |
| & comedite, | φάγετε, | אבולו | comedite | Bras. citra copulam &. |

RITVS COENAE

| | Latina uetus. | Græca. | Syriaca. | Lat.respon.Syr. |
|---|----------------|------------------|-------------|-------------------------|
| | hoc | ὅτι | הנה | hoc |
| | est | ὅτι | ○ ○ ○ | |
| | corpus meum. | τὸ σῶμα μου. | פגרי | corpus meum. |
| | Et accipiens | καὶ λαβὼν | ושקל | Et accepit |
| Eraf.poculum. | calicem | τὸ ποτήριον, | כוס | calicem, |
| | gratias egit, | καὶ εὐχαριστήσας | וארר | Et gratias egit, |
| | Et dedit | ἐδώκεν | ויהב | Et dedit |
| | illis, | αὐτοῖς | להון | eis, |
| | dicens: | λέγων: | ואמר: | ac dixit: |
| | ○ ○ ○ | ○ ○ ○ | וכו | accipite, |
| | Bibite | πίετε | אשתה | bibite |
| | ex hoc | ἐξ αὐτοῦ | מנה | ex eo |
| | omnes. | πάντες. | בלבון. | omnes uos. |
| | Hic | τὸτο | הנה | Hic |
| | est enim | γὰρ ὅτι | ○ ○ ○ ○ ○ ○ | |
| | sanguis meus | τὸ αἷμα μου | דמי | meus sanguis |
| | noui | ἡ καινῆς | ויהקא | testamenti ^a |
| Eraf.enim in Græcis libris non est. Atqui multi habent. a Græcum ἐραθῆκεν. | testamenti, | ἡ θηνης | התא | noui, |
| | qui pro | τὸ πρὸς | והלת | qui pro |
| | multis | πολλοῦ | אגאס | multis |
| | effundetur | ἐκχυνόμενον | מהאשו | effunditur |
| effunditur, E- raf. & Valla. | in remissionem | εἰς ἀφεσιν | לשובקו | ad remissionem |
| | peccatorum. | ἁμαρτιῶν. | רחסא. | peccatorum. |
| | Dico | λέγω | אמר אנה | Dico |
| | autem | δέ | ○ ○ ○ ○ ○ ○ | |
| | uobis, | ὑμῖν, | לבון דון | uobis hæc, |
| quod | ○ ○ ○ | ὅτι | ○ ○ ○ ○ ○ ○ | |
| | non | ὅτι | לא | quod non |
| | bibam | ἐμὴ | אשתה | bibam |
| | amodo | ἄνω | מן השא | posthac, ^b |
| Eraf. posthac. ex nunc. | de | ἀπ' ἀπ' | מן | de |
| | | ἐκ | מן | |

Latina uetus. Græca. Syriaca. Lat.respon.Syr.

| | | | | |
|-----------------------|----------------|---------|--------------------|---|
| hoc | τότε | כנה | hac | |
| genimine ^a | το γονίματος | כרל | sobole | |
| uitis | ϕιλίππελος | כפתא | uitis | ^a Bras. lucas. |
| usq; in | εως | ערמא | usq; ad | |
| diem | ϕιλίππας | ליוםא | diem | |
| illum, | ικεινης, | ○○○○○○ | | |
| cum | δτ' αυ | כנה | in quo | |
| illud | αυτ | ○○○ | | |
| bibam | πινω | כשתיהי | bibam ipsum | |
| vobiscum | μεθ' υμων | עמבון | vobiscum | |
| nouum | καινον | כהה | nouum | |
| in regno | χμ τη βασιλεια | כמלכותה | in regno ipsius | |
| patris mei. | το πατρος μου. | כאלהא | dei. | |
| Et hymno | και υμνησαν | ושבחו | Et laudes dixerunt | Bras. cum dixissent uel ceant uissent laudes. |
| dicto | τδ | ○○○○○○ | | |
| exierunt | εξηλθον | ונפקו | et egressi sunt | |
| in montem | εις το δεσ | לטר | ad montem | |
| oliueri. | τω ελαιων. | כהה | olearum. | |

RITVS COENAE DOMINICAE, DE
 scriptus summam ex Euangelistis omnibus,
 et Paulo apostolo.

ANte diem festum paschæ misit dominus Iesus e di
 scipulis suis duos in urbem Hierusalem, ut apud
 quendam pararent pascha in cœnaculo, Vespereq; fa-
 cto cum duodecim discipulis discubuit, & ait illis: De-
 syderio desyderauî hoc pascha manducare uobiscum,
 antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non
 manducabo illud, donec impleatur in regno dei, Et ac-

cepto calice gratias egit, et dixit; Accipite, & diuidite in
 ter uos. Dico enim uobis, quòd non bibam de genera-
 tione hac uitis, donec regnum dei ueniat. Et cœna para-
 ta lauit pedes discipulorum, docens se illis præbuisse
 exemplum, ut faciant similiter, obsequia etiã humili-
 ma exhibendo fratribus. Cœnantibus autem illis & ue-
 scentibus accepit D. Iesus panem, & gratias egit, ac be-
 nedixit, & fregit, deditq; discipulis suis dicens; Accipi-
 te, comedite. Hoc enim est corpus meum, quod pro uo-
 bis traditur ac frangitur; hoc facite in mei commemora-
 tionem. Similiter & cœna peracta Iesus accepit cali-
 cem, & egit gratias, deditq; discipulis suis dicēs: Bibite
 ex hoc omnes. Et biberunt omnes ex illo. Et ait illis:
 Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine; hic
 est sanguis meus noui testamenti, qui pro uobis & pro
 multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc fa-
 cite quotiescunq; bibetis, in mei commemorationem.
 Quotiescunq; ergo manducabitis panem hunc, & cali-
 cem hunc bibetis, mortem domini annunciabitis, do-
 nec ueniat. Itaq; quicumq; manducauerit panem hunc,
 & biberit calicem hunc indignè, reus erit corporis &
 sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic
 de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat
 & bibit indignè, iudicium sibi manducat, &
 bibit non dijudicans corpus domini.

VT PIE COMPONI ET DEPONI

*posset contentio de sacramento corporis &
sanguinis domini, & restitui huius
mysterij integritas.*



His ergo quæ nos oracula diuina docent agere & credere in sacramento corporis & sanguinis domini Iesu Christi, homo pius & ueritatis studiosus discrimen aliquod cernit in rebus his, quæ multæ concurrunt sæpe in mysterijs: quòd aliæ pertinent uelut ad substantiam et corpus sacramenti, quæ religiosissimè retinere oportet, neq; in his licet à præscripto Christi ulla humana & nouella traditione recedere, ut ait Cyprianus, utq; apostolus protestatur, se Corinthijs illud ipsum tradidisse, quod accepit à domino. Aliæ sunt liberæ obseruationis, quæ possunt ecclesiæ singulæ suo iudicio conseruandæ & exercendæ pietati accommodare: in quibus diuersa consuetudo non dirimit neq; uiolat Christianam societatem.

Ad substantiam eucharistiæ pertinent uerba solennia fœderis diuini, quæ promittunt ac offerunt hominibus fidelibus gratiam dei, remissionem peccatorum, & uitam æternam in morte seruatoris Iesu Christi. Veluti quum dominus ait: Accipite, comedite, hoc meum est corpus, quod pro uobis traditur, ac frangitur. Hic calix est uoui testamenti in meo sanguine, qui pro uobis effunditur. Quæ uerba consecrationis aliqui uocant. Ad substantiã quoq; pertinent res, quas nominatim & disertè uerba testamenti noui expriment, panis & uinum res symbolica, terrestres, corporæ & obiectæ sensibus corporis, itemq; corpus Christi, & sanguis Christi, adeoq; totus Christus panis ille cœ-

Substantiam
eucharistiæ spe-
stantia: Verba
solennia fœde-
ris diuini.

Symbola, &
res spiritu ac
fide percipien-
dæ.

Vno sacramē-
to.

Perceptio si-
gnorum & re-
rum signaturū.

Finis sacramen-
ti & coenae do-
minicae.

lestis, qui dat vitam mundo, & potus uiuificus. Quae res
manent in sua quaeque natura & essentia, & simul unū
fiunt ex diuina institutione ac pacto, & mutua fide dei
praestantis id quod promittit, hominisq; percipientis fi-
de, quod illi offertur. Quam siue mysticam & symboli-
cam unionem, siue unionem sacramentalem dicere li-
cebit, siue alio modo enunciare. Augustinus quidem
dicit: Accedat uerbum ad elementum, & fit sacramen-
tum. Irenaeus autem: Quando mixtus calix, & fractus
panis percipit uerbum dei, fit eucharistia sanguinis &
corporis Christi. Ad symbola pertingit sensus corporis,
puta oculorum, aurium, manuum, oris, & palati, & uen-
tris; ad res caelestes pertingit mens sursum euecta in
caelos, ubi Christus sedet in gloria dei patris omni-
potentis. Vtq; diui Bernardi uerbis utar: Usque ad spe-
ciem panis pertingit sensus exterior, ad ueritatem car-
nis fides interior. Neque inania symbola dicenda sunt,
in quibus caro Christi & sanguis proponitur, ut res si-
gnata in signis sunt, in fidelibus autem praesentem uir-
tutem exerunt. Huc pertinet quoque finis & usus mul-
tiplex sacramenti. Nanque dominus iubet facere in sui
memoriam; quod Paulus explicat, mortē domini praes-
dicantes, donec ueniat. Estq; adiuncta gratiarum actio:
unde nomen *ἄχαισις*, id est, gratiarum actionis inditum
est. Obsignatur etiā euangelica promissio: ut Paulus
circumcisionem dicit *σφραγίδα* signaculum iustitiae
fidei. Vnde fides in sacra coena ueluti recreatur, alitur,
excitatur, confirmaturq; fiducia in diuinam beneuo-
lentiam propter mediatorem Christum passum pro no-
bis. Apostolus uocat etiā *κοινωνία* communionem
corporis & sanguinis domini. Theologi *μεθὺν* etiam,
id est, participationem uocarunt, & *μετέληψιν*, & *μετα-
σίαν*.

oiv. Perceptis enim corpore & sanguine domini spiri-
tualiter ac uerè per fidem Christo uniuntur p̄j, ut cum
illo bonorum omnium communionem habeant, sintq̄
arctissimo fœdere inter se deuincti Christiani. Est igitur
in mysterijs etiam obligatio ad officia pietatis, & ob-
seruationem Christianæ doctrinæ; in qua non deest no-
ta & professio religionis seiunctæ ac remotæ ab omni-
bus alijs sectis gentilium Iudæorum, Mahumedis, &
hæreticorum.

In cæteris rebus ecclesijs permissa est non temeritas
& licentia, ut singuli, aut simul uniuersi absque magnis
causis subinde uariant in sacratissimis mysterijs, sed li-
bertas, quæ moderatè ac prudenter omnia refert ad glo-
riam dei, & salutem communem. Quæ libertas cuius-
modi sit, in rebus aliquot sacramentalibus dispiciamus.

Dominus Iesus Christus in domo priuata cœnam sa-
cram instituit, quum & agnus paschalis in ædibus pri-
uatis ederetur. Ecclesiæ uerò non peccant, sed rectè fa-
ciunt cœnam in templis peragendo, aut in ædibus pri-
uatis, ut sæuiente persecutione p̄j fecerunt.

Dominus Christus uesperè cum discipulis sacra il-
la primum obiit, quum & agnus ad uesperam comede-
retur ex diuina lege. Non peccant tamen ecclesiæ, quæ
mane cœnam peragunt; neque Corinthij peccarunt
uespere id agentes, neque illi Christiani, qui antelucan-
is horis, aut noctu egerunt ob imminentiâ pericula.

Semel cum discipulis suis cœnam mysticam pere-
git dominus; & liberum ecclesijs permisit uel semel
in anno idem facere, uel quater, uel mensibus singu-
lis, uel singulis dominicis diebus. Quod neque proba-
re neque improbare tanquam ex lege uoluit Diuus
Augustinus.

Mediæ res & indifferentes in eucharistia.

Locus eucharistiæ celebrandæ.

Tempus cœnæ dominicæ.

Quoties percipienda sacramenta.

Preces & hym-
ni.

Gratias egit dominus Christus, & inuocauit cœle-
stem parentem, cœnaq; peracta laudes cum discipulis
uel dixit, uel cecinit. Formam autem precum et hymno-
rum sacri euangelij historia non expressit, & alij conie-
ctant aliud. Ideo liberum ecclesijs reliquit modum pre-
cum sacrarum & laudum in cœna.

Materia & for-
ma sacrarum
uasarum.

Similiter quæ materia & forma calicis fuerit in pri-
ma cœna domini, sacra historia non exprimit, nec in
quo uase panis fuerit in mensa propositus, an in cani-
stro, an in patina. Itaq; ueteres illi religiosissimi & sa-
pientes Christiani, ut Exuperius episcopus Tolosanus,
& alij probe intellexerunt, non referre, an sanguis do-
mini distribuatur in uitreo, an in ligneo, an in argenteo
uel aureo calice, itemq; an panis sacer & corpus domi-
ni distribuatur uimineis canistris, an patinis ligneis,
stanneis, aureis. Ac Bonifacius egregie percussit quos-
dam superstitiosulos, uel anxios nimium & exactos in
hisce rebus. Quum enim interrogarent, ex qua materia
fieri deberent sacra uasa, respondit: Olim aureos episco-
pos, id est, doctissimos et sanctissimos ligneis uasis per-
egisse sacra: nunc ligneos episcopos, id est, ineptos &
stupidos aureis uti uasis.

Aqua in calice
benedictionis.

An aquam in calice uino admiscuerit, non exprimit
euangelium. Aliqui coniecturis ducti existimant uin-
num & aquam miscuisse dominum. Ideo Ioannes Chry-
sostomus episcopus Constantinopoleos, & alij damna-
ri non debent, qui rite fieri censent mysteria etiam sine
aqua in calicem admixta. Rursum Cyprianum episco-
pum Carthaginis & martyrem Christi, atq; alios non
ob id hæreseos aut schismatis damnare debemus, quia
calici aquam adhibuerunt & non merum uinum. Sicq;
pro uino aqua mulsæ, uel ceruisiæ, uel potus alius usur-
petur

petur in his regionibus, quæ uino carent, nõ corrumpet
id quoq; mysterium unionis et cõmunionis Christianæ.

Panis fermentatus & azy-
mus.

Vtuntur Græci pane fermentato, alij utuntur pane
azymo. Ea diuersitas in symbolis, modo integritas fidei
& charitatis probè cõstet, nõ dirimit fœdus Christianũ.

Nomina varia
cœnæ domini.

Iam uerò sibi liberum esse, diuersis nominibus sa-
cram appellare cœnã ueteres Christiani haudquaquam
dissimularunt. Itaq; uocarunt, cœnam domini, cœnam
sacram, cœnam mysticam, leiturgian, mysticam leitur-
gian, *μυστικὴ ἱεραγία* mysticum sacrum, eucharistiã,
synaxin, *μυστικὴν συνάξιν ἢ ἱεραγίαν*, agapen, memoriã
passionis domini, sacramentum & mysteria corporis &
sanguinis domini, officium sacrum, diuinum officium,
missam & oblationem uel collationem populi Christia-
ni, & alijs nominibus appellauit.

Interpretatio
uerborum sa-
cramentalium.

Postremo quia res cœlestes & terrestres quarum es-
sentia & natura longè distat, coniunctæ sacramentum
perficiunt, & significantia atq; significata iisdem uoca-
bulis censentur, ut Cyprianus, & Augustinus, & alij do-
cent, propter similitudinem & analogiam, et signa cum
rebus confundi minimè debent, sed aptè inter se distin-
gui, quum res postulat, ut imperitioribus mysteria ex-
plicentur docendo, uel disceptando de uera sententiã
uerborum sacramentalium agatur cum aduersarijs, uti-
que liberum est ecclesijs, & ecclesiæ tum doctoribus,
tum priuatis hominibus, uerbis diuersis uti, sed aptis &
accõmodis. Quod ueteres illi patres & doctores eccle-
siæ fecerũt, & exemplum prætulerunt ætatis nostræ do-
ctoribus ac uulgaribus hominibus. De quibus utinam
aliqui iudicarent æquius, & pronunciarent modestius.
Verum aliqua perstringam hoc loco, si forte contẽtio-
si quidam placari possint aliquo modo.

Mysterium, sa
cramentū, &c.

Nomen mysterij, & illi cognata uerba mysticus & *mysticūs*, item sacramentum, in sacramento, sacramentaliter, omnino tritissima sunt. Veluti Hieronymus in Comment. Ezech. quadragesimoprimo capite ait, saluatorem mysterium corporis & sanguinis sui tradidisse discipulis. Et Hilarius libro octauo de Trinitate: Sub mysterio uerè carnem corporis sui sumimus. Chrystomus homilia undecima in Matthæum; In uasis sanctificatis non Christi corpus, sed mysterium corporis Christi continetur. Sacramentum corporis dominici, & ritu sacramenti, pro sacramentaliter dicit Philippus presbyter in expositione Iob. Augustinus epistola 23. Secundum quendam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est; sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est.

Signum, significare.

Et sanguinem agni uocat signum, quo conspecto angelus percussor, sit transiturus domum, ne interficiat.

Significandi uerbum & nomen signum, crebro usurpatur, idè scripturæ diuinæ exemplo. Nam beatus Moses Circumcisionem uocat signum fœderis, Augustinus contra Adimantum; Non dubitauit dominus dicere, hoc est corpus meum, quum daret signum corporis sui. Bernhardus de cœna domini; Signo uisibili inuisibilis gratia præstatur. Signa mystica dicit Theodoretus. Thomas de Aquino in hymno missali, quam Sequentiam uocant, species & signa dicit; sub diuersis speciebus, signis tantum & non rebus latent res eximie. Et uerbum significandi usurpat Fulgentius inquisens: Hic calix quem uobis trado, nouum testamentum significat. Ambrosius in commentarijs epistolæ primæ ad Corinthios; Quia morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo & potando carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus. Et Cyprianus de unctione chrism, significantia & significata

cata iisdem uocabulis censentur. Quid igitur peccauit, quid noui protulit aut confinxit D. Zuinglius, uerba coenae iisdem uocabulis interpretando, Hoc est corpus meum, hoc significat corpus meum : aut qui dixerunt, Est signum corporis mei?

Figurae uocabulum usurpauit Tertullianus uetustissimus ecclesiae doctor libro quarto contra Marcionem: Christus, inquit, acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei. Augustinus Psalmo tertio dicit, in sacro conuiuio dominum sui corporis & sanguinis figuram tradidisse, & commendasse. Beda capite uigesimosecundo Lucae ait, Dominum pro carne agni paschalis & sanguine sacramentum suae carnis & sanguinis in figura panis & uini substituisse. Et uerbum ipsum Augustinus usurpauit, inquit: Per uinum sanguis Christi figuratur. Eodem sensu ponit Theodoretus formam. Atque illis uerbis usus est D. Oecolampadius.

Figura, figurare.

Suntque finitimae uoces, imago, similitudo, species. Species uocat Thomas Aquinas, Bernhardus, Gregorius Magnus, Gelasius autem contra Eutychianos & Nestorianos: Imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur, Augustinus ad Bonifacium epistola uigesimatertia: Si sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque, etiam ipsarum rerum nomina accipiunt.

Imago, similitudo, species.

Symbola corporis & sanguinis domini & mystica symbola dicit Theoderitus: eaque uoce utitur non se-

Symbolum.

mel Dionysius theologus, & alij quàm plurimi.

Τύποι, ἀντίτυ-
ποι, formæ, &
exemplaria.

Typos etiam ἀντίτυπος, non semel posuerunt eccle-
siæ doctores primarij. Nam Gregorius Nazianzenus
ea quæ in sacra mensa proponuntur, uocat *τύπους σωτη-
ρίας ἡμῶν*, typos nostræ salutis. Quo uerbo Ambrosius
etiam usus est. Et in sermone funebri dicit *ἀντίτυπος τι-
μὸν σώματος καὶ αἵματος κυρίου*, exemplaria pretiosi cor-
poris & sanguinis domini. Quod Basilus etiam usurpa-

Repræsentare.

uit. Huc pertinet uerbum repræsentandi, quo Hiero-
nymus utitur Matthæi uigesimalexto. Christus, inquit,
assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad ueri
paschæ transgreditur sacramentum. Vt quomodo in
præfiguratione eius Melchisedec summi dei sacerdos,
uinum & panes proferens fecerat, ipse quoque ueritatem
corporis & sanguinis repræsentaret.

Memoria, com-
memoratio.

Neque remota sunt uerba quæ memoriam & remi-
niscentiã notant: quibus dominus Christus & Pau-
lus sunt usi, & post eos crebro doctores ecclesiæ. Chry-
sostomus homilia octogesimatertia in Matthæum, ca-
pite uigesimalexto: Sicut in ueteri, eodem hinc modo
in beneficio reliquit memoriam mysteriorum colligen-
do, & hinc hæreticorum ora frenando. Hefychius Le-
uitici secundo: Si Christus non fuisset crucifixus, sacri-
ficiũ corporis eius minime comederemus. Comedi-
mus autem nunc cibum, sumentes eius memoriam pas-
sionis. Augustinus ad Petrum Diaconum capite deci-
mo octauo: In isto sacrificio gratiarum actio atque comme-
moratio est carnis Christi, quã pro nobis obtulit: & san-
guinis, quem pro nobis effudit. Ac libenter utitur Basi-
lius uerbo *ἀναμνήσεως*.

Argumenta &
testimonia.

Quid quod argumenta & testimonia probationesque
di-

dicuntur symbola uerū corporis uerūq; sanguinis Christi, quæ pro salute nostra dominus adsumpsit & tradidit in mortem: Et argumentum illud hæreticis obijcitur quandoque in grauissimis disputationibus de natura diuina & humana in unica persona filij dei incarnati. Ambrosius prima Corinthiorum undecimo: Nouum testamentum sanguine constitutum est: quia diuini beneficiij testis est. Origines contra Celsum octauo libro: Panis eucharistiæ argumentò est nobis, quemadmodum deo gratias agimus.

Non prætereundum uidetur & hoc, quod Clemens summus in omni genere doctrinarum uir, & inclytus Christianæ scholæ doctor, libro primo, capite sexto pædagogi scribit, explicans uerba domini Ioannis sexto capite posita: *Τὸ αἷμα οἶν & ἀλλογοῦνται.* Et mox: *Πολλαχῶς ἀλλογοῦνται ὁ λόγος καὶ βρωμα, καὶ σὰρξ, καὶ τροφή, καὶ σφῆτος, καὶ αἷμα, καὶ γάλα: ἅπαντα ὁ κύριος εἰς ἀπόλαυσιν ἡμῶν τῶν εἰς αὐτὸν πεπισθυσῶν.* Quæ interpretis Gentianus ita reddidit: Sanguis uinum allegoricè dicitur. Ac uerbum multis modis allegoricè dicitur & cibus, & caro, & nutrimentum, & panis, & sanguis, & lac: Omnia est dominus, ut nos eo fruamur, qui in ipsum credimus.

Allegoria:

Verbū dei multa per tropum accipit nomina.

Neque sine Domini exemplo, aut ueterum Christianorum faciunt, qui orationem hanc indicatiuam, Hoc est corpus meum, conuertunt uerbis transpositis ad hunc modum, Corpus meum est hoc: uel, Corpus meum est panis, uidelicet ille descendens cœlo, qui dat uitam mundo.

Conuersio propositionis, Hoc est corpus meū

Maluit D. Lutherus uerbum substantiuum retinere, sed eo nimirum sensu, quo intelligere oportet in sacramentalibus locutionibus, & in typis, & demonstrati-

Verbū substantiuum.

PIA COMPOSITIO

tionibus spiritualibus. Vt Ezechielis quarto capite depicta & effigiata urbs Hierusalem in latere hisce uerbis indicatur: Hæc est Hierusalem in medio gentium. Vbi sanæ mentis, & iudicij non prorsus deprauati homo uidet, effigiem exaratam in cocto lapide, & urbem clarissimam totius Orientis non esse unum & idem, uel specie, uel genere, uel ordine rerum: ideoq; non esse hanc orationem prædicatoriam, qualis est illa Petri apostolorum principis, quum dicit: Iesus Nazarenus est Messias ille dei filius. Ita petra quam percussit Moses in deserto, quæq; dedit potum sitientibus Israelitis, erat Christus. Et caro Christi uerus est panis, spiritualis, cœlestis, diuinus, uiuificus, ac planè deificus. Et passim occurrunt locutiones eiusmodi in scriptis patrum & doctorum excellentium in ecclesia Christi, quæ uel retinent uerbum substantiuum, est, & uocant panem eucharistiæ corpus Christi, uinum autem sanguinem Christi. Vel tropum explicant, & conuersam orationem reducunt in simplicem: ut cum Cyprianus dicit: Vinum ostendit sanguinem Christi, uino intelligitur sanguis Christi, Quod si loquendi rationem consideremus, & quæ uiri isti alijs in locis de ueritate corporis & sanguinis domini aliquoties scripserunt: nec falsas dicemus has interpretationes uerborum domini Iesu, neq; pugnantes inter se, quæ sono discrepant, sed ueritatem eandem mentibus humanis offerunt.

Restitutio concordie, & integritatis sacramentorum.


Proinde si homines Christiani ad solidam sanctamq; tandem concordiam animos seriò conuerterent, sicq; in primis ecclesiarum antistites & ministri exemplo Pauli & uirorum apostolicorum, principes autem Christiani exemplo diui Iustiniani & Constantini toto peccatore

ctore in hoc opus diuinum incumberent, mutuasq; o-
 peras conferrent, ut tum alia partes Christianae religio-
 nis, tum sacrosancta coena domini reduceretur ad pri-
 mam illam & perfectissimam formam, quam dei filius
 ecclesiae tradidit, in ijs quae ad substantiam pertinent sa-
 cramenti, in caeteris uero ecclesijs libertatem suam con-
 cederent, uia esset inuenta, monstrata, patefacta, resti-
 tuendi & conseruandi Christianae religionis integrita-
 tem ipso Christo auspice & praeside. Cui sit
 laus, gloria, imperium,
 Amen.

F I N I S.

*Quantumuis oculatum & diligentem Lectorem quaedam
 subterfugiunt interdum: quod in hoc libello accidit, uerum
 rarissime: uerba itaq; nonnulla sic emendanda sunt.*

| | folio | facie | parte |
|-----------|-------|-------|-------|
| בנפשותיכם | 17 | 1 | c |
| ואלפר | 20 | 1 | b |
| רפקד הבין | 20 | 1 | c |
| עמבין | 20 | 1 | c |
| ἄσέλφος | 14 | 2 | c. |



OCN 912990144